

2426
40.
1701, 8.

DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS DE OBESITATE NIMIA,

QVAM
FAVENTE GRATIA DIVINA
EX DECRETO CELEBERRIMÆ FACULTATIS MEDICÆ
SUB PRÆSIDIO

VIRI PRÆNOMINOSISSIMI, MAGNIFICI EXCELLENTISSIMI,

DN. JOHAN. ERNESTI
SCHA PERI,

MED.D. HUJUSq; PROFESS. PUBLICI DUC. CELEBERRI-
MI, FACULTATIS MEDICÆ h. t. DECANI
MAXIME SPECTABILIS,

DN. PATRONI AC PRÆCEPTORIS
SUMME VENERANDI,

PRO GRADU DOCTORALI,

SUMMISq; IN MEDICINA HONORIBUS
AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME IMPETRANDIS
PUBLICI EXAMINIS LOCO
IN AUDITORIO MAJORI
AD DIEM XVII. MARTII ANNI M DCCI HORIS SOLITIS
VENTILANDAM PROPONIT

ERNESTUS HENR. FECHT,
DURLACO - BADENSIS,

Rostochi, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

ADICEMO ITA MEDICO
IANGUARIA
ETE VIRO EXCELENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO
CELEBERRIMO DOMINO
DN. LOTHARIO
ZUMBACH^{de} KOESFELD
EQVITI,
PHILOSOPHO ACUTISSIMO,
FAMIGERATISSIMO,
MEDICORUM OCELLO,
MATHEMATICORUM HUJUS SECULI FACILE
PRINCIPI

PATRONO^{ET} PRÆCEPTORI
ÆTERNUM DEVENERANDO.

VIR EXCELLENTISSIME.



Vam jam dudum à me per literas
desideraveras , tandem aliquan-
do Tibi mitto , incomptam licet
rudique Minervâ exaratam Dis-
putationem Inauguralem . Mi-
nimè hoc animo eam Tibi in-
scibere audeo , qvod persuasus
sim , delicatissimo gustui Tuo
qualiacunqve mea sapitura esse ,
qvin potius , ut judicium de illâ , informationem , cor-
rectionemq; Tuam eò certius mihi promittere pessim.
Nimis nota eruditio Tua in omnibus solidissima mihi
est. Vix qvippè ad pulcherrimum Lugdunum ve-
strum , omnium ferme elegantiorum studiorum se-
dem & altricem appuleram , & statim per omnium
ora famam eruditionis Tuæ volitare , omnium
sermone Te celebrari audiebam , ut non potuerit
non cupiditas mea à tanto Viro aliquid addiscendi ,
augeri & inflammari. Adeò sapientia animos homi-
num ad se trahere potest ! Mores & consuetudo Ba-
tavorum firmum obicem proposito meo ponere vi-
debantur , qvibus peregrinis non æqvè facilem acces-
sum & conversationem cum magnis Viris , ac in Ger-
manij nostrâ concedi , sæpius jam expertus eram .
Sed incredibilis humanitas Tua , Patrone optime ,
animum meum primo statim accessu iterum erexit ,
qvæ me planè ignotum tantâ exceptit benevolentia , ut
non

non tantum ut domesticus & commensalis, sed ut amicus susciperer. Tunc demum eximiam eruditionem, solidissimum judicium, consummatam experientiam Tuam indies magis magisque videre, discernere, mirari mihi licuit. Non sine summa animi voluptate illius temporis recordor, quo eruditis collocationibus Tuis quotidie familiarissime usus sum. Qyam singulari benevolentiam & affectum erga me Tuum cum nullis officiis, nullisque meritis meis demereris possim, publice saltim ea beneficia hic a me praedicari patieris. Summum Nutrem imploro, ut Te porro in totius Rei-publicae literariae incrementum salvum & in columem servet, quo adhuc Plures ingenii Tui foetus orbi literato communicare queas, de certo optimoque solatio multi agri & splendidissima Familia, de qua perpetua in columitate tanti Patroni diutissime sibi gratulari possit.

**Prænobilissimæ Excellentiæ Tuz
subjectissimus servus**

ERNESTUS HENRICUS PECHT.

(1)

PRÆFATIO.



Aud ineptè olim *Thales*
apud *Laert. Lib. I. c. 1.* interroga-
tus, qvisnam felix eset? respondit:
qui corpore *Janus* est, animo autem
eruditus. Et sane

*Si ventri benè, si lateri est, peccibusq; tuis: nil
Divitiae poterunt regales addere majus.*

Hujus sanitatis studium apud omnes fermè gentes in pretio
fuit, ut hinc tot populi de longævitatis prærogativâ inter-
se certarint olim, voire Mons, Temple dans ses Oeuvres meées,
& ipsi TRIBINH Romæ & Athenis templa antiquitus sacrata
fuerint. Sed qvis nescit perverositatem seculi nostri? Si hodi-
ernum mundum interroges, qvis sit felix? Illicò respon-
sum accipies: qui opibus honoribusqve inter alios emi-
net. Nec raro ex ipsa corporis constitutione amplissimâ ju-
dicantes obesos, upote in omnium rerum abundantia lautis-
simè viventes sanissimos & felices secum reputant. Qva ten-
tentia, qvam infirmo stet talo, in prælenti disputatione in-
augurali ostendere conor, ut pateat, non sanos, non feli-
ces esse obesos, qvin potius eo ipso jam *in manus Medici inci-*
derint, ejusque auxilio indigeant. Non quidem ignoro,
multos veterum Medicorum obesitatem in morbum degene-
rare posse, & ipsam jam auctam morbum dici debere, no-
luisse, dum *Laur. Jaubertus Opp. Tom. I. Lib. VII. Dec. 2. p. 18*
dubitac, an eadem ad causas morbificas referri possit: & *Ga-
lenus Opp. Clas. III. de Tum p. n. fol. 82.* multum occupatus
est in determinando illo statu, ad qvem obesitas referri que-
at, dum inquit, *obesi autis sunt supra id, quod est secundum na-*

ENYAW

zuram, nondum tamen preter-naturaliter se habent. Ut enim
 sapè dictum est, tertia quedam constitutio ea est, que est corpora
 rum non natura dispositorum, que est media inter ea corpora,
 que se habent secundum naturam, & ea, que se habent praece-
 naturam. Enimvero, cum omiae id, quod non natura dispo-
 situm, licet vel levissimum fuerit, sanitatem vel jam ipso ar-
 etu laedat, vel saltim mox laedere possit, merito suo etiam cu-
 rationem Medici reqvirit, ut hinc nemo, quod credo, re-
 prehensurus sit, quod ipse eundem casum, ut morbum tra-
 taverim, cum talis ipsi significatio à plurimis Medicis tribua-
 tur, & hinc tantopere circa ejus curationem occupati sint
Hippocrates, Fernelius, Foreius, Ballonius, Waldschmidius, Ett-
mullerus, & plures alii. Lubens concedo, difficultem me &
 arduam rem suscipere per præalentem obesitatis curationem,
 nec ignoro, non defutura esse judicia conservata: quod id,
 quod veteribus fuerit ignotum id, & recentioribus Medicis,
 sicut & mihi, qui ipsorum operæ hæc conscribo, impossibile fa-
 cuerit futurum. Sed haec, ut sapè jam refutata objectio nec
 me à proposito meo avocabit, est hic mos omnibus imprudentio-
 ribus proprius, qui postquam circumspexerunt totum cir-
 cuitum circa se, putant, nihil jam amplius restare videndum;
 quando accesserunt ad Linæam seu æquatorem, se pervenisse
 jam putant ad extremitates Oceani: & quando fecerunt omne,
 quod ipsis est possibile, sibi imaginantur, quod alii nil possint
 facere melius. Propriam rationem pro regulâ certissimâ ve-
 ritatis capiunt. Et sic inventionibus nunquam pervenitur
 ultra. Et licet nec id me effecturum esse, mihi pollicear,
 quod recentiores & sapientiores alii Medici posseunt (nam adeò
 mihi non placebo) nihilominus rem, saltim ut tentamen, aggredi-
 tor, cum in arduis & voluisse satis sit. In quem finem,
 summum Numen imploro, ut omnia in sui Nominis gloriam
 & proximi emolumentum dirigat.

Quod

Q. D. B. V.

Vobis obesitatis præ corpulentia vocabulo
eligere maluerim, hæc imprimis ratio est,
quod passim apud Scriptores Medicos
corpulentia nimis latam significationem
obtineat, dum eidem non tantum pingue-
dinus, sed & ipsius carnis abundantiam ad-
scribunt, vid. Galen. Hippocr. & alii. Non
enim fuit animus conscribere disputatio-
nem, nisi de pinguedinis abundantia pri-
mario, quamquam & muscularum, exten-
sio major uplurimum sit adjuncta. Licet non ignorem, eosdem
scriptores deinde, alibi obesitatem & corpulentiam pro synony-
mis habere.

S. 2.

Obesitas igitur, uti sepiissime apud Plinium & Columel-
lam legitur, sine dubio derivanda est ab obedo (ut hinc nec per *a*,
nec per *o*, uti apud permultos scriptores expressam videmus, sed
simplex & scribenda sit) licet exinde derivatum, vocabulum ob-
esitus primâ origine contrarium significet nempe corpus, quod
obeditur, vel obesum est, i. e. macilentum, teste Gellio C. VII L. 19.
quo significatu usurpatum apud veteres aliquoties occurrit. Usu
tamen & uplurimum pro corpore crassò & pingyi sumi, testan-
tur verba Virg. Lib. III, Georg. de caballo, cuius laudatur

Argutumq. caput, brevis alvus, obesag, terga.

Gellius per antiphrasin dictum vult, quam verò figuram *Ob-
esus* totam destruit. Inscr. Orat. L. IV. p. 251. Qvicquid sit, usus ut
obesus pro pingui sumatur, certus est. Inde *Columella* verbum
obesare idem est, quod pinguem reddere & hinc Obesitas, Pin-
guitudo, Crassities, Corpulentia passim sunt synonyma. Græcè
dicitur *πολυτραχία*, *πολὺς ἡ περιφέρεια*, carne, & *πολύς* multus, in
senfu originario; qui est multæ carnis, in recepto autem, qui est
multi vel magni corporis. Alias, qui ita pingues sunt, ut pingue-

dine

dine manifestè eorum actiones leadantur, Græcis dicuntur ~~παχυτε~~
~~μενόδαι~~, eo qvod plerumque celeriter corpulent i fiunt, à παχὺς
 celest & οὐσια τοῦδε, corpulentus, s. qvī magnâ corporis specie est
 præditus. Germ. dicitur die Geiste/ Dicte.

§. 3.

Sed cum non h̄c proponere animus sit Disputationem ad minutias Logicas conscriptam, neqve talēm, qvæ nil nisi theoriam tractet, minimè diutius morabor circa explicandam Etymologiam & Synonymiam vocis: potius primarius scopus est, præmissis hujus affectis naturā & causis ad curationem descendere, eandemque diligentius exponere. Est igitur obesitas nimia habitus corporis ex nimia nutritione præternaturaliter auctus. Differentia verò inter obesitatem nimiam & reliquias corporis intumescentias facile patet, dummodo conferantur definitiones eorundem tumorum, v. g. Anasarcæ, hydropis, aliorumqve. Ex eorum quippe signis pathognomonicis distinctio innoteat. Dum tumor talis vel est particularis, ut reliqua corporis membra maximè emaciata videantur; vel licet generalis per totum corpus, nihilominus pallidus ejus, sublividusqve interdum color satis probat, non esse bona nutritiōnis productum, sed potius tumorem p. n. à depravā nutritione ortum. Distinguitur autem in obesitatem à primā nativitate talem, qvam dicunt naturaliter talem, & asticiam, qvæ lautori vitâ deum acquiritur.

§. 4.

Scriptorum observationes varias perlegimus, exempla obesitatis nimia passim & pene multa invenimus. Egregiam observationem legimus in ipso lacro Codice *Judic. c. 3, v. 17, seqq.* ubi disseritur de Eglon, rege Moab, cuius in abdomen Ehud tam altè gladium ancipitem infixile dicitur, daß das Feuer das Heft verschloß. Stupendam pueri adhuc quingennis ex Geldria delati & Amstelredami bilanci impositi historiam legimus in *obser. Tulpi*, qvam *Lib. III. Obs. LV.* ita recenset: pendebat CL. libras. Corpore quippe erat eam pingui ac ampio; ut lumbi ipsius non cingerentur, nisi sesquialne longitudine. At nares luxuriabant eam uberi carnis mole, ut videretur quadruplex. In brachii vero ac manibus posuerat tantum roboris exube.

exuberans ipsius natura, ut manum meam non minus fortiter ferierit,
ac fægisset vigesimum etatis sua annum. De muliere XXXVI. annorum 480. libras, itemque viro 600. libras pendentibus legi potest
Sennertus in Praxi L. V. P. I. c. 4. Simile planè exemplum habeimus
in ipsa Patriâ meâ Durlaci, quæ sedes est Serenissimorum Marchionum Badensium, ubi statim in introitu Templi primarii (der Stadtkirchen) seqvens Epitaphium legitur: Anno 65. d. 4. Nov. starb Franz
Ethard/ der frömling redliche und grosse Stadtschreiber/ welches Eörs
per gar nahe 6. Centner gewogen hat. Nec minus constat ibidem in-
ter omnes de obesitate Serenissimi Marchionis Bada-Durlacen sis Friederici VI. gloriose memorie, cui venerandus Parens eius à consiliis Eccles. & conc. Aul. erat, qui non solum ob singularia planè merita in Imperium, dum fungebatur officio campi Marechallici Generalissimi, sed etiam propter amplitudinem & proceritatem corporis Magnus cognominatus fuit, ut hinc Excellentissimus Keckius in Panegyri co de Ipsi dicat In roto Friederici Marchionis Badensis cura demandato exercevit neminem fuisse, qui aut specie, aut magnitudine corporis cum ipso Friederico potuisse contendere. Eam etiam ob causam quotannis iter instituere solitus fuit in alias regiones, ex quo reversus adstantibus ostendit eam caligarum partem, quæ ilia cinguntur, quæ quando que ad di- midiam ulnam, quandoque ad tres ulnae partes complicata & arctior facta fuerat. Non procul Rostochio nostro vixit ante annos haud adeò multis nobilis Mecklenburgensis, tam immensa obe- sitatis vir, ut per æstarem planè nudus in museo suo debuerit, ipso abdome dependente usque ad genua & planè absconsante membrum virile. Sella, cui insidere solitus fuit, duarum ulnarum latitudinis fusile dicitur. Vix creditibilis esset foemina illius obesitas excessiva, cuius mentionem facit Fabric. Hildanus, nisi à Dolæ simili ferme exemplo confirmaretur. Inquit autem Hilda- nus Cent. VI. obs. 97. se Coloniæ Agrippinæ secessit foeminam, cuius pinguedinis spissitudo, è regione linea alba secundum longitudinem abdominis facta incisione, spithamas duas excecerit. Jo. Dolae vero in cadavere defuncti Hagæ Comitis pinguedinis latitudinem unum & dimidium pedem æquavantem invenit, quod videre est in ejus Encyclop. Chirurg. rationali. Tb. Kerckringius recenset exemplum de puerò, qui obesus fuit in tantum, ut scillas cuius fuerit attas.

index usque ad primi articuli finem potueris imprimi. Rarioris obesitatis exemplum habent Ephem. Nat. Curios. in Append. ad Decad. III. An. 7 p. 128. de nobili qvodam, qvi ne qvidem ex loco in locum se mouere potuerit, & qvando coitum celebrare voluerit, servi ipsum ope machinæ cujusdam in corpus uxoris devolvere debuerint. Ridiculam nobis reliquit historiam, dummodo vera eset, Nic. Neander. Rabbi Eleazar, inquit, & Rabbi Ismaël babuerunt tenures tam grossos, ut cum starent eretis conversis faciebus & ventribus omnis, duo velidi bovis posuerint inter eos transire neurum contingendo. Ismaëlis membrum generale simile erat magnitudine sacco ciudam novemmodiorum, Eleazaris vero octo modiorum. Inter rarissimè contingentia numeranda sunt, qvæ referuntur in Ephem. Germ. Nat. Curios. Dec. II. An. 7 Obs. 11, p. 21. de pinguedine solius abdominis observatâ & de eâdem cum reliquarum partium marcore, Ibid. An. IV. & V. Dec. I. Itemqve Dec. II. An. VI. Obs. 190. p. 380. de stupenda pueri recens nati obesitate ex matris gravida impressione. Nec minus bruta obesitate nimia laborare observantur. Boves in Angliâ ita pingues interdum fieri, ut ipsis pinguedo infatatos propendeat, refert Comes Digby in Discursu sympath. p. 114. Et qvæ sunt plura alia, qvæque videri possunt apud Schenckium, Bartholinum & alios.

§. 5.

Causæ, qvibus hæc stupenda corporis extensio productitur, indagatoribus Physicis & Medicis semper multum negoti facesciverrunt: & dum unusquisque eorum caulas causarumqve modum proprii principiis superstruere voluit, factum est, ut jam fermè tot differentiates circâ hanc materiam sententias, qvot capita, reperiantur. Veteres genuinæ vasorum languiferorum distributionis & purpurei laticis in usdem circulationis ignari non potuerunt non de summâ difficultate conqueriri, qvando ipsis differendum erat, qvomodo nutritio & augmentatio partium fieret. Hujus phænomeni solutio ipsis nodi Gordii enodatione difficilior videbatur. Hinc Arabes, inter quos eminet Avicenna, per quatuor humores secundarios, ex sanguine in tertiatâ concoctione præparatos, nutritionem explicarunt, utpote humore innominato, rore, glutine & cambio: qvi humores ipsi non qvidem specie, sed tantummodo ut magis & minus differebant, dumalius ex alio præparetur. Sed ut pleraque alia, ita præcipue nūtritio

(II.)

tritionis negotium terminis suis obscurarunt, & licet adhuc inter recentiores antiquitatis amantes inveniantur, qui hancce veterum cum neotericorum doctrinā conciliare student, aunq; vam tamen speciem veritatis assertis suis afferre possunt, nisi humorem innominatum rejiciant, & talem reliquias tribus attribuant sensum, qvem veteribus unq; vam in mentem venisse vix credibile est. Qib; igitur termini hi: ros, gluten & cambium tantoperè placent, ut sine illis nutritionis negotium explicare nolint, illi adeant Cl. D. Tb. Craanen, qui illos Tract. *De Homine* p. 201. ita tradit, ut sine metu erroris retineri possint, dum Ros ipsi est humor latens cibofus ad partes ex arteriarum poris propulsus. Gluten qvies & convenientia superficiecularum, particularumve accommodatio. Cambium assimilatio cibyli in conformatiōnē particularum. Alii veterum fanguine pingui & membranarum frigore fieri nutritionem statuerunt, dum ille per vasa fangi sfera deferatur ad partium peripherias, ibidemque pinguior ejus pars membranas alluens harum frigiditate concrescat in eam substantiam, qvæ in homine dici debebat pinguedo, soliditate saltim differens ab axungia: in animalibus aliis, quibus pingue durius observatur, avicenne arvina audiebat: ut hinc Aristot. de part. Anim. Galenus de simpl. med. fac. & Plinius differentiam faciant inter adipem solidum & axungiam, solidumque adipem in illis saltim observari animalibus, qvibus sunt cornua, & deficiunt dentes in superiori maxilla, ut boves, caprae, cervi, &c. mollem verò, sive axungiam in his, qvæ utrinque dentata sunt & certant cornibus, ut sues, canes, uræ, hucque etiam annumerandus Homo. Hanc suam sententiam probaverunt experimento Chymico, dum in destillatione aquarum oleosarum olea adhærent alemlico, nonnis hujus frigiditate condensata, qvæ etiam frigiditas in omnibus reliquis phænomenis explicandis ipiorum unicūm refugium esse debuit, ut hinc Sant. Sanctorius Metb. vitand. error. fol. 139. audacter asserat: Pinguedo ex frigiditate, non ex sanguinenate. Sed licet facilis hæc methodus primo intuitu videatur, multis tamen difficultatibus eam involutam esse, & solam frigiditatem membranarum non sufficere, in sequentibus ex recentiā causā genuinā apparebit.

Aliis, imprimis Chymicis, causa hæc de pinguiori sanguinis parte non placuit, qui proinde omne suum solatium quæsivere in salibus. Sed licet hæc sint vel alcalia, vel acida, vel mixta, semper tamen quæliacunq; fuerint, si non ut admodum acria, saltim ut rigida necessariò considerari debebunt. Hæc quomodo propriâ luâ substantiâ parti- bus apponi & in pinguedinem vergere possint, nemo, qvod credo, est, qui sibi concipere poterit. Sanguini dum miscentur, cum ejusdem massâ non solum in circulum, sed etiam circa propria centra, ob motum sanguinis intectinum, cum aliis particulis movebuntur, & licet vel nullas alias particulas, quod tamen impossibile est, in sanguine invenirent, nihilominus altera alterius angulositatibus occurrent, lege universi, & sui & alterius deperditionem abradendo caufatur: hinc prominentiae fiunt acutiores, & quia in hoc ipso omnis acrimonia consistit, & hæc particulae antea rigidæ, iam scindentes, pungentes & lacerantes pro diversitate figuræ factæ sunt. Hæc cum ita sint, videamus jam, quid tales particulae extra arteriarum pomceria proscriptæ efficerent, an pinguedini procreandæ, an nutritioni aptæ sint. Ipsa rigiditate & figurâ, ob quam salia dicuntur, ineptitudinem tum procreandi nutritionem, tum confituendi pinguedinem produnt. Nam quis non videt, dum partibus omnibus, sive etiam membranosis apponi deberent salia, ob vellicationes inde ortas, & inordinatum spirituum influxum & dolores, & convulsiones productura esse, idque eo vehementius, qvo proprius nervos attingerent. Nec id solum, sed dum salia hæc tubulis corporis per circulationem imprimuntur, angulositatibus suis, levissimâ accidente causâ, hærent, sic fiunt obstrunctiones, quæ non possunt non à continuo à tergo accendentibus aliis augeri, & hinc particulae semper altius & altius in se invicem adguntur, fibrillis infiguntur suis spiculis, & præter auctos adhuc dolores & convulsiones, inflammations producunt, dum per coarctatos poros ætheris motus fulguris & fulminis instar trajicit. Si vero easdem ad invicem accedere & propter parvitatem vel convenientiam pororum obstructionem parere non posse, supponatur, qvod incredibile est, tamen de naturâ sùâ, uti dicitur, nil quicquam deponent, sed quousque distemperata adsunt, & per po-

ros ingressum vel transitum impulsu succendentium conantur, semper à partibus abrident, & vel id ipsum, qvod alias ut laudabile apponetur, rodendo disjungent & liquefacent, ut vel planè non propter fluiditatem & defectum glutinositatis, vel minus purum apponatur: *es wird ungesund* *S. Petri.* Adspiciamus tamen ejusmodi homines, qvorum sanguis multis salibus est refertus, & semper eosdem emaciatis & tibi affectos potius videbimus, quam obesos, aut etiam spasmoidicis motibus in partibus membranosis vexantur, qvibus inflationes per corpus, & siccii tumores oriuntur: tales scorbutici, Hectici, & ulcerosis morbis laborantes constituere possunt. Ut hinc diutius hisce inhärere supervacaneum arbitrer. Sufficiat unica observatio practica valde crebra de excretione substantiae oleaginose pinguis per urinas & alvum, qvæ nil nisi colligunt pinguedinis abrasione per acrimoniam humorum facta ab omnibus practicis statuitur. Hoc expertus est idem ille, cuius in Prognosi fiet mentio, qvi, postquam sanguis ipsius acrior factus fuit, copiosam materiam pinguem per tussim rejecit: qvod erga Magnificum Dominum Præsidem his verbis expressit: *Es häute wie Gott aufgeriehen.* Qvod si autem salibus fieri nutritio asseratur, ut causâ aliquâ remotiori per accidens, in quantum scilicet eadem chylificationem ciborum in ventriculo juvant, chylum corrigit, peccantem etiam mucum intestinorum incident, vel vascula valorum lacteorum referant, in tantum hanc sententiam non prorsus rejiciendam esse putaverim, licet nec materiam, nec instrumentum nutritionis porrigan: qualiter mentem suam explicat Fr. Bonamicus de Alim. p. 711. auger: *salis usū pinguedo,* qvodeliquat & educit, qviescid non est nutriendo, utile relinqens, ex quo pinguedo producitur.

§. 7.

Cum igitur his salium Patroni, qvi omnia ex sale oriri, & insaliterum reduci voluerunt, suam opinionem plurimis argumentis defractam viderent, se ipsis objecerunt ali, querentes nutritionis & accretionis particulas in humore omnium salium utcunq; experti, aquâ scilicet seu lymphâ, quam infallibiliter crediderunt esse huic operi perficiendo omnium commodissimam, imprimis qvod experimentis ad hanc nutritionis materiam eligendam confirmarentur.

B 3

Ani-

Aimadverterant nimírum, omnis generis plantas, siccq; & chelidoniūm; & esculam, & glycyrrhizam, & absynthium rutamq;, eādem nutriti aquā, nec terra, cui implantatae sunt, fere opus habere, nisi sponsio loco, ut in ejus poris aqua in futurum usum refervari possit: cum tamen inter omnes constet, tuccos harum plantarum & colore, & odore, & sapore quam maximē inter se differre. Hoc experimentum adeo certum est, ut contradici nequeat, quin potius unicuiq; idem experiri adhuc integrum sit, si ramuscum e. g. ruræ albæ imponat vitro aqua limpidissimā pleno, & plantam suam solā aquā aff. Et non solum nutriti, sed in tantum quod augeri videbit, ut loco ramuscū brevi tempore proceram plantam cum copiosis dispersis radicibus, immo loco annua, perennem quasi plantam accipiat, quæ & hyberno tempore non marcescit: quod experimentum non semel mihi successit. Sed quid probat? Certe id ipsum, quod opinionis hujus fautor. s negant; nempe, non esse aquam illam elementalem, sed multis particulis heterogeneis refertam, quarum aliae suis figuris proportionatos poros invenientes in rūta, ibidem convertuntur accedente motu ætheris in succum amariſſimum, aliae colliguntur ob eandem rationem in glycyrrhizā in succum dulcissimum, siccq; in aliis. Et licet hæc aqua esset elementalis, simplicissima, & ex unius generis particulis constans, non tamen exinde sequeretur, quod, uti vegetabilia, ita etiam animalia nutriti possit. Aliam enim substantiam, aliamq; texturam & conformatiōnē partium, aliam quoq; materiam nutrientem requirere, optimè Neotericorum quidam animadverterunt. Aqa sane quo simplicior est, quoq; magis ad elementalem accedit, eo etiam magis inepta est ad nutritionem partium animalium, dum constant particulis flexibilibus & tenuibus, quæ requisitā glutinositate determinata & ad partes delatae iisdem non adhaerent, sed transiunt per poros, siccq; per insensibilem transpirationem & sudores facileiter evacuantur. Ipsam pinguedinem autem nihil aliud esse, quam aquam talem vario modo condensatam, probare conantur generalissimo experimento, quo & terram, & pinguedinem, & talia, & quæcunq; alia in aquam elementalem reducere possint. Verum cum de felice successu hujus experimenti, præter Helmontium, & fortè etiam van der Becke, paucosq; alios, nemo haſtenus solerissimorum & doctissimorum Physicorum & Chymicorum sibi gratulari potuerit, nemo,

eyed

qvod credo, mihi vitio vertet, si cum plurimis aliis de ejus veritate dubito.

§. 8.

Sunt, qvi toto circulante sanguine, uti loquitur *Guilielm.* *Cockbury Ocean. corp. anim. p. 140*, i.e. sanguine, sub ratione sanguinis nutritionem fieri autumant: hocq; imprimis ob hanc rationem, qvod sapientissimus architectus omnium eorum animalium corpora, qvæ nutriuntur, copiosissimo sanguine irroraverit. Et ne nutritio conchyliorum, qvæ nullo sanguine gaudent, ipsorum assertione destrueret, imperfetta talia animalia, satis inconvenienter, nominarunt. Sed cum innumera pene Doctorum argumenta hujus asserti fallitatem jaundudum evicerint, eadem hic repetere supervacaneum arbitror. Animalia certe non tam subito fame extinguerentur, quando ipsi alimenta subtrahimus, si sanguinis masâ possent nutriti, qvæ magnâ satis copiâ in emaciatorum taliū cadaveribus reperi solet. Egregie hac de re disserens legi potest *Harveus* & imprimis *Guilielm. Cole. Exerc. V. de usus sanguinis.*

§. 9.

Multò majorem adhuc assertum affectu est opinio *Wartoni* & *Giffoni* de succo nervo, qvam inter alios acriter defendit supra allegatus *Cole. Exerc. de disribut. suc. nutrit. per nervos.* Statunt nimis: verum partium nutrimentum à cerebro & medullâ finali mendicibus nervis ad partes derivari; primario inter alia hocce argumento ad id adducti, qvod partes corporis nostri, vel ab obstructione, vel resiffione nervorum paralyticæ factæ, paulatim marcant, donec præter ossa & pellem vix quicquam super sit. Observatio verissima est. Sed vero optandum est, ut difficultates, qvæ circâ hanc sententiâ occurruunt, firmioribus argumentis, qvam quidem haec tenus factum est, dirimi poscent, & sine contradicitione omnium verosimillima evasura est. Quousque enim nec cavitates nervorum, per quas hic fucus deberet moveri, nec ipse fucus demonstratur, non video, qvid impedit (ex aliorum methodo loquor) qvo minus hunc effectum obstruclorum nervorum terita coidam cause adscribere liceat, defecui scilicet spirituum, qui multò potius per subtilissimos & omnem ferè sensum effugientes nervorum

nervorum porospenetrare poterunt, ac quidem succus nerveus, qui aut multò crassior, quam spiritus, aut ad nutritionem ut causa aliqua materialis plane ineptus necessariò statuendus videtur. Quomodo autem spiritus ad nutritioam concurrant, & quam necessarium ejus requisitum sint, in sequentibus videbimus, quando ad genuinum nutritionis modum accedere licebit. Videri insuper super hanc rem potest solidissimus Bartholinus.

S. 10,

Diversæ recensitæ materia diversas quoque habuere vias, hinc tantoperè disputatum fuit inter Anglos & Batavos de dicti bus Bilsii roriferis: inter Cl. D. van Horne, Bartholinum, Bilsium & Deusingium. Nimis enim constat, veteres de sanguificationis modo sollicitos summā constantiā hocce officium hepatis attribuisse, quod viscus idcirco etiam officinam sanguinis appellaverant. Verum recentiores detectis, vel utalii malunt, restauratis vasis lateris & ductu thoracico, eorumque usū, planè alia de sanguificatione accepere cogitata, dum nec ulla vasa chylum ad hepar deferentia, nec eundem per vasa mesaraica rubra ad portam deferri videbant, unanimi voto hepar hoc honore excluderunt. Hinc se ipsis objecere illi, quorum antesignanus quasi erat Bilsius, plurimi instituentes experimenta hypothesin suam confirmantia & hepatis officium restituientia, ex quibus integra ferè volumina conscriptahabemus. Imprimis vero Bilsium defendit Antonius Deusingius Dissert. de hepatis officiis. & Append. ad eandem. Dissert. & in Exercit. Anatom. suis eruditissimis Pbil. Jac. Hartmannus, quibus omnibus solidissime respondit celeb. Tb. Bartholinus Dissertat de Hepate defuncto. & hepatis exantrorat. desperata causa, itemque Tr. de experiment. Bils. & van Horne in Admonit. Belg. Nec adhuc desunt, quibus sententia hæc arridet, ad minimum partem aliquam chyli per mesaraica ad hepar deferri debere statuentes. In nimium excresceret hæc Disputatio, & acta agerem, si solidissima Bartholini argumenta hic repeterem vellem. Interim libertate philosophandi suffultus Bilsianis has speculations relinquo, dum apud Bartholinum

video meliora, proboque.

S. 17.

Succi nutritii defensores in nervis, vasa preparantia, sibi eligunt glandulas, & quidem plurimi volunt, seceri hunc succum, per arterias carotides & cervicales ad cerebrum delatum cum sanguine, in ejusdem glandulosâ cinericâ substantiâ, & exinde per nervos omnibus partibus corporis ad terri, easdemq; nutrire, qui proinde nervi vasa succi nutritii constituant: vid. F. Glissonii Anat. Hepat. p. su. seqq. Hisce vasis preparantibus Guilielm. Cole de distribut, succ. nutrit. per nervos in luper adjungit glandulas mesentericâ & thymum in junioribus. Pluribus hac de re legi potest celeb. Jo. Gotbofr. Bergerus in peculiari Disputatione de fu. ci nutrit. ii per nervos transitus Wieseb. habitâ An. 1695. Vix opera pretium erit, multa hic in contrarium afferre, cum partim ipsa illa difficultates §. 9. in superioribus allatae huc recidant, partim etiam vix quicquam à merecensi possit, quod non multò solidius & fatus invenitur in eruditissima Disquisitione epistolari de succi nutrit. per nervos transitu ad suprà laudatum Bergerum editâ ab Excellentissimo Dno. D. Georg. Frid. de Frankenau, Fautore & Patrono meo certissimo. Si vel omnia Anglorum de succi hujus motu alerta essent verissima, ex eo etiam necessariò sequeretur, quod particulae illae acres, scindentes, salium nomine venientes, per eosdem nervos ad partes nutritas ad terri deberent: nam reverâ afferuntur, dum in statu p. n. colliquantur scilicet pinguedinis, causam morbi constituant, & à Medico ipso in obesitate nimia tollendâ propinuantur, uti in Curatione audiemus. Licet jam concederetur, nervos usq; adeo pervios esse, ut particulae salium possent transire, non tamen mihi concipere possum, (ad eò hebes quidem sum) quomodo acutissimis angulofiraribus suis has summè sensibiles partes sine atrocissimis doloribus penetrare possint, cum etiam levissimam puncturam nervi tam atrocia symptomata, & nisi tempestivè occurratur, mors ipsa non raro comitetur.

Cum igitur prædicti Autores tantoperè de materia nutritionis inter se discrepant, non mirari debemus, quando ipsos pariter de modo, quo variae ipsorum materiarum in nutrimentis & pinguedinem corporis vergunt, dissentientes videmus. Galenus & qui ipsum sequuntur, nonnisi terminos nihil dicentes nobis reliquerunt, dum mate-

riam nutritiam ad partes propelli per calidum innatum, & à partibus recipi per facultatem infitam attractricem voluerunt, qvibus deinde accessit assimilatrix, qvæ pro diversitate partium etiam diversas selectit particulas, ut ossi osseas, cartilagini cartilagineas, & alii alias ipsi similes assimilaret. Qvâ philosophiâ diu contenti fuerunt, cum viderent, peream omnia phænomena brevissimis explicari posse. Verum, cum terminis hisce nil melius dicatur, ac si interroganti, qvomodo omnis nutritio fiat? Velle respondeat: per facultatem nutritiæ seu altricem, obscura hec methodus docendi merito suo ex scholis Neotericorum jamdudum rejecta fuit. Pluribus hujus doctrinæ falsitatem ostendit *Harnas* & permulti alii, inter quos consuli potest Benj. à Broeckhuysen in *Oeconom. Anim.* p. 504.

§. 13.

Plures Neotericorum materiam nutrititiam ad partes delatam coagulatione verti in nutrimentum & pinguedinem statuunt, eumq; in finem blandum qvoddam acidum in partibus excogitarunt, qvæ etiam mens Syriæ est. Supponam, rem ita se habere. Quid vero fieri, si acidum qvoddam sanguinis partes oleosas coagularet & condensaret? Potius macies, qvam nutritio corporis: dum acuta acidorum particulæ in partibus hærentes vel producunt obstrukções varias, vel dum succelsum temporis augmentur, ipsius pinguedinis jam collectæ parties perfodiendo corrodunt, & ipsarum superficies abradendo illas una secum partim per insensibilem reverbant transpirationem, vel parum rursum ad sanguinem amandant. Sic partes non secus, quam cera pro solie ardore, colliguntur ac collabuntur. Sunt verba Benj. à Broeckhuysen *Oeconom. Anim.* p. 492. Præterea pinguedo in corpore nostro vivente & calente non adeò spissæ est consistentia, ac in demortuorum cadaveribus conspicitur, ubi ab aere deumit concrevit: & potius in vivis ad fluida suâ consistentia, qvam ad solida accedit, qvod aliter obtineret, si ab acido condensaretur. Nec opus, ut ad coagulationem configuramus, dum particulae nutritivæ ipsæ jam ita comparatae sunt, uti sine omni adjumento, propriâ glutinositate, partibus adhædere possint, uti in sequentibus audiemus.

§. 14.

Recensitis igitur primariis dissentientium opinionibus ad genitam obesitatis excessivæ causam tandem devenit, qvæ proxima est

(19.)

est ipsa pinguenda. Hanc verò pinguendinem ex sanguine in iis animalibus, quæ sanguine gaudent, originem trahere, non opus est, ut multum dubitemus: cum hemorrhagias tanto perè corpus emaciare, & ab impedito influxu sanguinis ad partes easdem sphacelo affici & emori videamus; præterea ipsa sanguis compenatur ex succo simillimi-
cis, qui in ovis pusillum animaleculum nutrit, & cito siccè augent & perficiunt, quod testatur Borellus de mor. animal. Cap. XVI. Quæ-
nam verò illa sit sanguinis pars, quæ augmentationi corporum infer-
vit, est illa ipsa quæstio, quæ tanto perè fatigavit Physicos & Medicos.
Perpetuā ignorantiae caligine obvoluti mansissemus, nisi solertissi-
ma hodiernorum Anatomicorum corporis humani etiam quoad mi-
nima disiectio nobis viam in hoc præmonstrasset. Postquam enim
veram glandularum structuram earumq; usum detexerant, facile
viderunt id, quod ex sanguine secerunt pro colligendâ pinguedine,
non esse amplius illum sanguinem, qui coniunctum per arterias ve-
nasq; totius corporis in circulum fertur, licet sit pars ejusdem massæ,
sed esse liquorem aliquem albicanem oleosum, glutinosum, similem
terme illi, qui ex intestinis ad vasla lactea propellitur, chylusq; dici-
tur; quandoq; videtur ille multo crassior observertur. Has particulas
chylolas in ipso sanguine per microscopium videri, & post venefacti-
onem quandoq; separari posse ex Lomero & de Graef. notat. Tb. Graan.
Tr. de Hom. p. 201. Hæc ipsa simillima est illi, quæ nutritur pulli
in ovo, quod optimè annotavit insignis Physicus & Mathematicus Ne-
apoltanus Jo. Alph. Borellus de motu Anim. Cap. XVI. Prop. CC. p. 298.
habet quippe sanguis, inquit, suum albumen, quod consuetudine sapore
colore, concrescibilitate in igne & nutritivâ substantiâ respondet albumini
ovi. Hæc materia glutinosa est illa, ex quâ plurima pars concharum nu-
trimentum suum habet, quæq; reperitur in austriis, alisq; quam pri-
mum tantum aperiuntur. Hæc eadem est, quæ embryoni carceri uteri
materni adhuc inclusa sustentationem vita suppeditare debet, ut id
circò etiam vix recens in lucem editi infantes tam citè latrī materno,
humori chylo illi matrī analogo, assuēscere, & in tantam mo-
lem excrescere possint. Eadem hæc in discessis carnibus juniorum
animalium reperitur, si bene nutrita fuerint, ut exindè quoq; carnes
optima soleant apparetur albicanes, cum econtrâ illæ, quæ pejoris
sunt nocte & emaciatae, rubrum colorem præ se ferant. Quidianæ
C. & fre-

& frequentissimæ Chirurgorū observationes nos edocere videntur, quod alba illa & chyloſa ſanguinis pars fit vera ſubſtantia nutritiva, dum videmus, omnis generis vulnera non prius consolidari, quam affluere incipiat ipſa illa materia albicans chylo. a Chirurgis obid pus bonū & coctū dicta ſignumq; mox inſequentiſ consolidatiōnis ſubmiſſiſtrāns. Si quis aſtero huic fidē adhibere non vult, ex perimen-
tum in proprio corpore iſtituat, & inſiſtūm membro vulnus, con-
ſolidatiōni proximum, aperitū ſervet, atq; pus illud album & co-
ctū aliquāndiu effluere ſinat, & cum dāmo ſuo experietur, mem-
brum, quam parvum eriam sit vulnus, non amplius nutriti, ſed arun-
diniſ iſtaſ aretheri & marcescere: quod inſuper fonticuli artificia-
les ſatiſ teſtantur.

S. 15.

Quamprimum igitur ex uteri clauſtriſ liberatus eſt homo, quo-
tidie moles ejus augetur in longitudinem & latitudinem, ordinarie
usq; ad 25. annum, hocq; nonniſi laetiſ, & poſteā ciborum ſu-
morū assumptione, ita ut hiſ deficienſibus admiſiſculiſ pauci die-
tiuſ omnia membra languida appearant, homo, qui anteā juvenis,
jam ſubito qvā ſenex factus videatur;

mox veniente ruga-

Corruit & paſſa, facies rugoſor upa,
quod quotidie ferè in morbiſ variis experimur. Hec corporis
noſtri alimenta per os in ventriculum affumpta, ibidem acceden-
tibus concoctioniſ requiſitiſ digeruntur & per inferius ventriculi
orificium ad iſtina propelluntur, in qyotum primo p̄cipue,
dodeni nomine noto, diluitur chylus à luco pancreatico & tem-
peratur à bile, qvā alteracione peracta motu iſtinenorum peri-
staltico & conſtrictorio chylus ad latera excrementorum propter
compressionem neceſſario ſecendens per poros velamenti bomby-
cini diſti ob pororum convenientiam in vasa lactea primi gene-
riſ imprimitur, exclusis manentibus omnibus illis particuliſ, qvę
nimis crassæ ſunt, i. e. chylus primam ſecretionem ſubit. Dum
jam ita repleta ſunt vasa, & accedit compressio à motu meſenterii
& iſtinenorum per respirationem facta, chylus propellitur in ad-
fiantia vasa, vel venas lacteas ſecundi generis in ſacculum lumb-
arem quando interim qvoq; diluitur à lymphā per trituum afflu-
entium.

21. 55

entium copiam insigniter tenui, ex quo deinde dilutus per ductum thoracicum in venam subclaviam sinistram, quandoque dextram, exoneratur, sicut per venam cavaem dextra cordis ventriculo affunditur: ex hoc per arteriam pulmonalem ad pulmones, & postquam ibidem novam mutationem subiit ex aere novo in vesiculosam texturam agente, ad sinistrum cordis ventriclem per venam pulmonalem revertitur, ibidemque valido cordis systoles ac Diastoles motu ad secuturos usus intimus adhuc miscetur. Per alterum itaque hunc semicirculum non nutritionem, excepta illa quae fit per arteriam pulmonalem, sed preparationem chylifieri videamus, quia per variis hos motus & alterationes diluitur, exaltatur, subtilitatur, intime miscetur, & aptus ad appositionem redditur. Verosimile quippe videatur, sanguinem in venis nutritionem non perficere, ad quod statuendum haec imprimitur sunt argumenta, quae me persuaderunt. Alterum, quod structura venarum sit, ex apice tendere in basin ubique latiore, jam vero Geometricæ demonstrationes nos edocent, compressionem à fluido in vase ex angusto in angustum tendente vel triplo, vel quadruplo esse minorem, pro ratione scilicet accrescentis latitudinis, quam quae in vase ex angusto in angustum est, quod suppositum fluit ex Cartesi Princip. Philosoph. Part. II. §. XXIII. & ipsa demonstratio inversa tantum propositione apud Bened. de Spinoza in Geometr. demonstr. Princip. Philosoph. de des Cartes Part. II. Prop. IX. p. 58. ¶ 59. videri potest. Sed compressio valida sive extensio necessaria requiritur, quod ostendetur in sequentibus. Alterum, quod ipsi fasculi adiposi arteriis portissimum adhaereant, venis non item. Quae omnia tamen de venis rubris, minime Malpighiæ adiposis, vel lacteis aliis intelligenda sunt.

§. 16.

Proinde chylus ex sinistro cordis ventriculo, ubi eum interea reliquimus, una cum sanguine per arteriam magnam, sive aortam, cordis Systole peractâ, ad omnes corporis partes expellitur, ubi simul arterie patinuntur diastolen, i. e. validam distensionem & elevationem tunicarum suarum, ex angusto in angustum tendentium vi demonstrationis praecedenti s. allegatae. Constat autem arteriam quamcunque confitare tribus tunicis, extima retiformis nervis & vasculis sanguiferis ubique perpetratæ, media fibrosa sive



STANZI

musculari, systolen arteriæ adjuvante; & intimâ membrañaceâ nervosâ, & inter extimam & medianam conspiciuntur glandulæ albantes, quæ hinc etiam Williso & celeb. Verheyen anſam dedere, tribus hic descriptis tunicis quartam addendi, quam glandulosam appellant, & ha ipsæ glandule sunt. Massa sanguinea, dum ita fertur per arterias, ad latere per validam compressionem particularum sanguinis secedunt, tunice arteriarum mirum in modum distentæ poros suos apertos offerunt, ut admittus chylus non possit non per tunicam glandulosam à sanguine secerni; deinceps novâ succedente diabole & novo chylo ulterius propellitur, sicque chylo extra arteriam exclusio nil quicquam amplius requiritur, ut parti excipienti & proxime adjacenti, fibris scilicet possit adhaerere, quam propria glutinositas & accedens quies; hæc firmissimum gluen, illa verum cambium constituit, quibus chylus, purissimus ille ros partibus assimilatur. Hac solâ quiete diversâ fieri probabile est, ut in osse, ubi major est quies, idem chylus transformetur in os, in musculis, ubi minor est quies & constantia fibrarum, molliores etiam ex inde fibra formentur. Secessione hanc chyli ita procedere posse, nam alterar gumentari non licet, videtur illustrare experimentum cum manicâ Hippocratis vel filtro institutum, si hoc tingatur pinguedine, vel oleo, licet varii commixti liqvores, qui non cum oleo uniuntur, infundantur, nullus tamen transfibit, nisi pinguis vel oleofus. Eadem ratio esse viderur cum yasis sanguiferis, quæ semper interius muco quodam glutinoso naturaliter oblidentur. Hac ratione procedit nutritio & accretio in partibus interioribus nimia. Si enim acaulis remotis in seqventibus tradendis libertas particularum nutritiarum in sanguine colligatur, sine dubio & majori copiâ deponenatur ad partes, de quibus mox pluribus dicendum erit. Ita etiam physicos intelligendos esse patet, qui ad singulas pulsationes arteriarum, earumque distensionem, tunicarum poros aperiri, & per easdem particularis nutritiaris ad partes deponit, quos inter excellit Jac. Robault, vid. ejus Phys. p. 258.

§. 17.

Interim non solus est chylus, qui ad partes desertur, sed nūc serotinæ partes à primo ortu, ita quoque in progressu ipsi mixta & associatae

ciatæ faciliorē transfudationē ut per omnia vasa, ita imprimis per poros minimos arteriarum & vasculorum capillarium efficiuntur; licet ipsa hæc lympha non possit partibus pro nutritione assimilari, sed agglutinato jam chylo partim per poros corporis sub forma infusibilis transpirationis & sudorum iterum avolet, partim & primariò fibras partium humectet, earundemq; motui facilitando inserviat. Hæc ipsa illa lympha est, quā totius corporis fibras musculares irrigatas videmus, & sine quā motus muscularum commode absolvi non possit. Sed juncta oleosis partibus residuis sanguiniquoq; reaſfunditur, quando illæ vel tenuitate vel copiâ oras lobulorum tranſcendunt, & viam ad sanguinem proſeqvuntur. Hæc via ſunt ductus Malpighii adipofi hiantes in venas; & planè peculiaria vasa ſunt, non nervea filamenta, quia ſi de recenti traſtentur, globos à pinguedine ita turgida conſicuntur, ut ejus globuli quandoque numerari poſſint, obſervante Malpighio Opp. T. II. p. 220. cava ſunt & intime lobulos pinguedinis penetrante, ut Idem ibidem loquitur p. 233. & 234. & tandem brevi in venas, quod obſervat p. 239, hinc & per inſignes illas in renali adipe venas adipofas non exiguum portionem pinguedinis cum redunt sangine in vena cava commiſſeri ſtatuit p. 243. Qvod omnino verofimillimum videtur, particulas ſcilicet ſeroſas & reſiduas ab adipofis partibus, quæ non per poros avolant, per hos ductus adipofos ſangvini reaſfundit. Effectum enim Anatomici unanimi afferunt tuſfragio, illudq; oleolum tempore neceſſitatis maximè neceſſarium ſtatuunt, quæ via hinc concedendæ ſunt: & licet ipſe qvoq; Malpighius in Operibus poſthumis p. 86. hancce opinionem ut ſibi nondum fatis qvoad omnia perspectam Physicis & Medicis ulteriore i indagationi relinqvat, non tamē defuerē plurimi post ipſum, qui eandem ſententiam calculo ſuo adprobarunt, inter quos eft celeberrimus Medicus Regius Parisiensis Claud. Perrault dans ſon Traité Phyſique, ubi propriâ experientiâ per ſectionem murmenti eductus ea omina confirmare videtur. Ex his appetet omnino pinguedinem obſeruum deficientibus aliementis in egestate, vel morbo ægris ea non apetentibus, poſſe hominem aliquandiu ſuperfitem ſervare & in nutrimentum cedere, dum aliquid pinguedinis, ab adiſtantibus vasis adipofis venis inſunditur, ſicque lege circulationis in arterias defertur, & denuò nutritio fit. Ita in primis notabilis eft obſervatio hyſlicorum de murmento & gliribus, quæ anima culca hycme abſcondita in latebris

cebris suis collecta per & statem pinguedine nutriti creduntur, in eum etiam finem singularem omenti & vasorum ejus constructionem sursumtum habet, hinc Etimullerus integrum plus historiam recentet ex Perrault *Essais Physique Tome III. ch. 6 p. 293.* Murmentum, inquit, triplex interdum quadruplex omentum obtinet, unum infra utrum alteri, ex quibus quedam venas habent ordinario stramine ad portam venam recurrentes, quedam vero earundem ad caram venam abeuntes, quo cordi sub penuria ista in hibernaculis immediatè transmittant materia am nutritivam, quam faculte adiposi abundantiorem reservarunt, & quam ab arteriis accepérunt, cum corpus totum succipiente in aestate vel potius autumno abundare nutritio tali succo. Interim multum etiam ad horum animalium vita sustentationem contribuere potest, qvod pinguedo partes sanguinis volatiliores, spiritusque in corpore cohibere queat, imprimis cum quieta jacere dicantur in latibris suis, ut adeò ob minorē deperditionem etiam tantā restitutio nētione haud opus esse videatur, quanta in aliis corporibus magis motis requiritur.

Interim hæc pro nutritione appulsa & remanēta omnia insufficientia foent, nisi spiritus simul accederent, qui ut reliquias humoribus, ita etiam succo nutritio & lymphæ eundem diluent calcar addunt & activitatē attribuunt. Sine spirituum enim ope materia nutriens, licet vel maximā quantitate in languine abundaret, iners eset & ad nutritionem perficiendam inepta, vel cum ita glutinositas sit, ut facile partibus adhæreat, prius tamen lateribus vasorum capillarium, per quæ cum sanguine vehitur, impingeretur, & in ius dem obstrunctiones produceret, quam ad fibras carnosarum, tendinolarum & ossicularum partium accedere posset. Consideremus tantum membrum paralyticum, qvod non nisi & compressione vel obstruktione nervorum, sive deficiente influxu spirituum sensu & motu carere omnibus cognitum est; undenam illud semper insimul aridur laboraret, si spiritus ad nutritionem non essent necessari? Hæc observatio plurimis perfusa sit, ut crederent, omnem succum nutritiū per nervos partibus communicari necesse esse, quod in superioribus annotavi, & ibidem allegatus Cole defendit. Sed ibidem pariter monui, non opus esse, ut idcirco succus aliquis, quibus

tanem

(25.)

ramen nullis argumentis validis demonstrari potest, supponatur, quin idem phænomenon per doctrinam spirituum facilius explicari queat, qvod unicuique patet, qui secum perpendat, quantum ipsi spiritus ad nutritionis negotium conferant. Hi enim omnes corporis nostri etiam minimas fibrillas trajiciunt & tensas teneat, in quibus motu corporibus hujusmodi subtilissimis communi moventur, recto scilicet & rotatorio, sive circa propriam axin. si jam contingat, ut particulis talibus glutinoso-chylosis, lymphaticis permixtis, occurrant, lege motus universi ipsi motum suum proportionatum impertirent, tum secundum lineam rectam seu progreßiorum, tum etiam lateralem, duplice hoc motu easdem ad latera accedere cogendo, ut non possint non, cum per se jam sint glutinosæ, interstitii partium suis figuris configuratis, & ab ipso hoc motu partibus adhuc teneris impressis, nisi jam adfuerint, adhærere & assimilari, ut vel partium fiat nutritio, vel sifero majori copiâ tales partium deponantur, hocque per multum temporis duret, obesitas nimia, dum partes pinguedine hac distenduntur & in molem elevantur. Elegantissime hac de re differens ex parte legi potest Cloph. Havers. Osteolog. nov. p. 137. seqq.

§. 19.

Quemadmodum igitur tali modo omnes corporis partes interiores chylo irrорantur, ita nec exteriores hoc beneficio excluduntur, sed ob rationem continui, quam fluida vasis contenta habent, eundem impullum experientur, quod eò facilius ibidem à nobis observatur, quo magis immensa illa abdominis excrescentia in oculis incurrit. Numrū idem ille chylus cum massa sanguinea per arterias, in abdomine à mammariis, lumbaribus & epigastricis provenientes, tendit lege circulationis ad exteriora, & in itinere, quantum secerne potest, deponit, quod antea dictum: ad superficiem corporis veniens, & ad ipsas extremitates arteriarum, ibi eodem filtrationis modo, ac observatum erat de reliquis miscerorum interstitiis, recipitur in adhærentes membranas seu sacculos adipi proprios, qui ab ipsâ membranâ adiposâ producti sunt, & medio loco inter membranam carnosam & cutem in homine conspiciuntur, ibidemque collectus chylus pinguedinem constituit.

D

§. 40.

Ex Anatomicis constat, membranas communes dictas, res
tumque corpus obvolentes esse cuticulam, cutem, (inter quas cor-
pus retiforme mucosum) panniculum, adiposum, & carnosum;
quod in brutis, quibus cutis mobilis est, aliter se habet, ita ut, que
in homine terria, in brutis quarta sit, & vice versa. Inter has duas
membranas igitur, cutem & carnosam, quærendum est illud, quod
pinguedinem continet, cum ibidem in homine semper inveniatur,
est que panniculus adiposus. Per hanc membranam quomodo reci-
peretur pinguedo, veteribus explicatu ferè impossibile erat,
& omnem ferme certitudinem in hisce indefessò labori Celeb. Marc.
Malpighii debemus, qui ope microscopiorum denum detexit,
quod sine illis adminiculis visum omnem effugit. Loquitur ille ita
de hac membranâ aliisque glandulis adiposis, Opp. Edit. Batav.
Tom. II. p. 234. Ubicunque observare est pinguedinem precipue cirea
cutem, & in muscularum intersticiis, ibi inveniuntur multiplices
membranae, saccularum adingar & lobulorum excavatorum, qua sub-
strata cuidam membrana, crassiori ramen veluti suctamento & base
adhaerens: per hanc propagantur vena & arteria, quarum trunco à
lateribus pinguedini moles, veluti milii acervus, cumulatur, vasa
sanguinea expanduntur in ramos arborum adingar, quorum extre-
mitatibus appenduntur membranosi Sacculi seu lobuli, pinguedinosi
globulis referiti, qua veluti folia ramis adnata arboris exactam figuram
complent. Figure sunt penè ovalis. Addit: quod in hominibus emaciatis
loco pinguedinis complicationes pelicularum copiose observentur. Qo
insimil videtnus, quomodo propriè pinguedo colligatur, nec fluctu-
tare solummodo inter duas illas membranas, ut materiam quandam
coagulatam, sed omnē receptaculis suis contineri, ut hinc nec opus sit
multū disputare, quomodo ita ad invicem aggregetur & retineatur.

Inter causas obesitatis nimis non parvi momenti est naturalis
constitutio solidarum partium si scilicet fibra & tubuli à nativitate
exteniles, molles & ampliores sunt. Quamdiu enim animal ad-
huc bene nutritur in etatis flore constitutum, nec emaciatum
est, fibrae partium teneræ, molles & albicans apparent: quam pri-
mum autem contrarium obtinet, fibrae rigide conspicuntur, quæ
motus

27

motui spirituum & chyli non æque cedunt, ac molles, ut hinc nec viscosæ particulae è sanguine secerni, nec æque facile iisdem, ac mollibus, adhærere possint. Glandulae & venaæ adiposæ quidem magnò & eodem apud omnes observantur numero, tam apud obesos, quam apud macilentes, & tamen non omnes eodem corporis habitu fruuntur; nonnisi ex hac fibrarum constitutionis variatione. Qvibus accedit dispositio & mixtio sanguinis varia, i. e. temperamentum. Sic sanguineos sic dictos præ alis obesos fieri videmus, contrarium observantes in biliosis, ob motum sanguinis in ipsis nimium, & salsum volatilium copiam. Quid enim communius observatur, quam qvod homines omni adhibito studio, & optimis assumptis cibis non possint pinguefcere? Qviā nempe necessaria qviæ particularum pro agglutinatione non adest, licet dispositio requista ipsis haud denegata fuerit, ut hinc in proverbium abierit: Et wird nitzi ferti wann man ihn in Butter vergrübe. Phlegmatici quidem etiam haud raro observantur obesi, sed propter abundantiam pituitæ & defectum activitatis spirituum, qvibus in vesiculos distenditur, magis cacheistica obesitas est: es iste fein gesundeß Hett. Melancholici vero interdum sunt macilenti, partim propter acrimoniam humorum, partim etiam & imprimis, quando nimium extensis rebus intenti spiritus consumunt.

§. 22.

Ex rebus sic dictis non naturalibus aer mirum in modum constitutionem corporum variare potest. Hic qvippe, quo magis fuerit in motu constitutus, eo maiorem etiam sanguini impertietur motum: inde pororum cutis aperio, & dum pinguedo liquida recipitur in poros glandularum miliarium subcutanearum apertos, ex iis per vasa excretoria singulis glandulis apposita, & poros cutis hic constituentia, excernitur, i.e. fiunt sudores, qvibus id, qvod in aere magis temperatio viventibus ad tantam usq; molem colligitur, partim per insensibilem transpirationem, partim sudorum formâ avolat. Hoc observatur quotidie in terris Orientalibus, in qvibus propter caliditatem aeris nec tot obesos, nec tam proceros homines evadere, ac in Borealis frigidis, notavit Broeckhuysen, Oecon. Anim. p. 497. Econtra temperatus aer exterior suum symbolum omnino nutritioni confert & augmentationi

D 2

COR-

corporum, ut potè q̄i exceptus per respirationem, & per cutis & carnium poros penetrando, aut impellendo alias aëreas particulas in fluoribus & carnis animalis contentas (non secus ac in planiss contingit) cum transpirationem, cum incunaeationem particularum nutritiivarum adjuvat & promovet; pariterq; vitalem motum suā vi elicit & impetu, quo impellitur, conservat & auger: ita differente ingeniosissimo Borello de motu Anim, Cap. XVI. Prop. CCI. p. 299. Ci-
bū & potū nutrientē nutritionem & obesitatem procurare posse, nemo erit, q̄i dubitat, cum id quilibet in se ipso experientur. Et cum quietem particularum ad nutritionē necessariam esse constet, facile patet, q̄id motus & quietes efficere valeant. Spiritus & ipsæ particulae nutritiæ per quietem conservantur, qvæ alias in motu nimio, multisq; laboribus dissipantur & avolant. Nullam aliam ob rationem foeminae & infantes præ maribus & adultioribus gaudent habitu ut plurimum pleniori, quam qvod vitam sedentariam & quietem cum cibis succulentis ament. Hincqve etiam bruta oculorum lumine destituta prā aliis pinguiscenti solent, qvæ tunc magis quieti sunt dedita, Somnium & vigilias eandem habere rationem, clarissimum est, utpote qvibus spiritus vel conservantur, vel consumuntur. Excreta & retenta varie constituta multum ad obesitatem facere optime probant animalia castrata, qvæ dum cohibito ipsis veneris exercitio & spirituum & feminis jacturam pati nequeunt, pinguiscent, cum econtrariò noviter maritati propter has excretiones nimis frequentes sèp̄us tabe dorsali corripiantur. Innumeræ in super observationes practicæ emaciatorum ex hæmorrhagiis, excretionibus nimis urinæ & fecum alvinarum & similes prostant. Animi pathemata, uti in aliis affectibus, ita imprimis in hocce causam constitutare possunt. Quemadmodum enim in timore & tristitia tubuli corporis nostri coarctantur, quo minus influxus copiosus ad partes fieri possit, nec humores circulantes conservata copia eructent, ita latititia & animo feda:o & nutritionem & obesitatem augeri videremus, qvod iam suo tempore de sedatoriis melancholicis, qvi nullos adhuc horribiles conceptus habent, notavit Arecaus int. morb. Bib. I. p. 36. qvod ipsis peculiaris quasi sit corpulentia.

Hæc igitur vesiculae pinguedinis omnibus praedictis causis contribuentibus in tantam altitudinem elevari & ad tantam molem excrefcere possunt, ut non tantum protuberantia sua homini deformatam maximam concilient, sed etiam qvod potissimum est, actionem ejus summo impedimento sint, quo ipso morbum hunc, obesitatem nimiam, producent. Si scilicet adhuc naturalis constitutio molles, & tenera vesicularum pinguedinalium in panniculo adipolo & fibrarum muscularium, temperamentum sanguinis laetum, sive motus sanguinis non nimis celer, particularumque chylosarum abundantia, accendentibus rebus nonnaturalibus vel omnibus, vel quibusdam praedicto modo obesitatem nimiam accelerantibus.

Pinguedo igitur, si nimia copia in corpore colligatur, licet tantam noxiam corpori inducere possit, ut summo periculo non vacet, non tamen capropter moderata ejus quantitas in corpore nociva est, qvin potius magnam utilitatem præ se ferat, nec medicamentis inconsiderate abigenda sit, nisi jam in obesitatem nimiam degenerer. Veteres singulares pinguedinis affectiones considerantes multum inter se de ejus usu disputatione, imprimis cum eandem insensibilem esse viderent, qvod quidem verissimum est, qvia pauci admodum nervi eandem trajiciunt. Vix tamen fides attribuenda videtur illi, qvod recenset Varro, qui Lib. II. c. 4. Rei rust. ait: In Arcadiâ scio me esse spectatum item, quæ præ pinguedine carnis non modo surgere non posset: Sed etiam, ut in ejus corpore fore ex esæ carne nidum fecisset. Et peperisse mures. Cuite quidem adhuc integrâ non potest sine sensu doloris lœdi pinguedo, qvod vero oritur ex lassione nervorum copiosissimè cutem perreptantium: hoc expeririuntur rustici, qvando scire cupiunt, qvanta sit profunditas pinguedinis in sue, acu perfodiunt cutem una cum pinguedine usque in carnem eam adigendo, qvamdiu igitur acus cutis lassionem perficit, tamdiu porcus impatientia sua coloris indicium prodit, qvi dolor planè remittit, simulac in pinguedinem pervenit cuspis, & renovatur, cum acus musculos attingerit, qvæ profunditas tunc ab ipsis notatur. Ex balenis in Greenlandia sine sensu ullo doloris adipem infectis exscindit, refert Bartolinus.

Anat. Reform. p. 24. Alias pinguedinem per se & suā naturā calidam statuerunt, uti passim loquuntur Veteres, qvod tamen ex effectu jūdicarunt; nec enim hic calor ipsi pinguedini attribuendus, qvāsi ipsa calida esset, sed potius corpus fover, frigido aéri meatus p̄ccludendo & abitum particularum sanguinis volatilium inhibendo, qvib⁹ motus sanguinis constans ac major conservatur. Evaporationem autem pinguedine inhiberi posse pluribus ostendit Laur. Bellinus de febrib⁹, p. 382. qui consuli potest. Demonstrat idem vulgarissimo experimento Jo. Veslingius Synagm. Anat. p. 4 dicens; Imitatur natura soleritatem ars, dum tenuibus spiritu⁹ plenis liquoribus, ne cito numis exhalent, olei unctuum addit. Hoc adhuc quotidiē faciunt Itali cum vino Napolitanō, nobis Lachrymæ Christi dicto, dum lagenæ vitreae vino hoc plene superaffundunt tantum olei amygd. dulc. vel olivarum, qvo particulae subtile conservantur. Idem Autor ibidem optimè tradit usum pinguedinis hinc verbis: spiritu⁹ guli in sib⁹ partibus injecta non minus penetrabiles frigidis noxas excludit, quam immodecum insti caloris (spirituum) discussionem prohibet. Addit pag. seq. humectas partes robusto motui destinatas, inediisq; conjectas reficit. Interfusa deniq; muscularum intervallis, a quataq; fidēniū superficie forma venustatem auget.

§. 25.

Pinguedo tantā abundantia in corpore collecta varia symptomata obesis qvāsi familiaria producit, inter qvæ communissimum esse solet asthma, nec mirum: musculi abdominis nimio hoc pondere pinguedinis adeo gravantur, ut nonnisi summā cum difficultate attolli possint; ipsa intestina & reliqua viscera abdominis pinguedine usque adeo obincidentur & qvāsi infarcuntur, ut prementi & in convexam superficiem formando diaphragmati nonnisi ægerrimè cedant. Et quidni & nervi comprimentur, per qvos influxus spirituum pro motu diaphragmatis fit, qvi tamen adeo necessarius est ad conservandam respirationem, ut si vel soli recurrentes in canel ligentur, illico animal obmutescat. Nec parvum obesis incommodum est, qvod membræ vel planè non, vel saltim magno cum labore moveant, dum copiosa pinguedo tam tendinibus muscularum, quam etiam juncturis artuum interspersa, non potest non motui corporis obesse.

35

obesse. Insuper defessus agiles & somnolenti observantur, quod
& Malpighius Opp. Tom. II. p. 239. testatur, partim quod humorum
motus intestinus particulis copiosis tenacibus impediatur, partim
quod exinde spiritus, activitatem coporis alias producentes, in mo-
tu suo libero impedianter, & ipsi crassiores secernantur, unde tubuli
corporis depresso somnum conciliant: quo ipso fit, ut spiritus satis
magnâ quantitate pro motu partium influere nequeant, ut exinde
haud raro tremore manuum & difficultate mouendi linguam afficiantur.
Facile quoque pleatomatibus vexantur, si vel levis acrimoniam
pinguedinem alteret, & stimulando efficiat, ut solito copiosius
pinguedo in aliquo faceculo colligatur, eundemque distendat; vel
etiam & frequenter à contusione levissimâ, quâ vasis teneris
vis infertur, ut ob minorem tunc praefentem resistentiam pin-
guedinose partes copiosius protrudantur & theatoma stagnando ef-
ficiant. Nonnulli obeforum insignem appetitum habent, difficilime
ferunt jejunum, & nisi ipsis cibi porrigitur, facile in deliquium animis
incident, quoniam, licet in obefis motus intestinus humorum sit sup-
pressus magis, quam in aliis, in ventriculo tamen ob poros glandu-
larum annularium constantiores lymphâ stomachalis sine impedi-
mento deponitur, imprimis cum in magnâ ventriculi cavitate minor
resistenta assit, quæ ejus effluxum impeditre posset. Pratercà ob
motum intestinum retardatum plures particulae salinæ serosis, ut
appropiato menstruo suo, junguntur, quæ protrusæ nerveam ven-
triculi tunicam vehementius vellicant; quæ vellicatio, nî remo-
veatur, spirituum copiosum instuxum caufatur, quam molestiam cum
mens abigere nequeat, dubia de spirituum determinatione & attoni-
ta redditur, unde motus humorum imminentur, tubuli subsident, &
obesus sensus & motus voluntarii privatione mortis simulacrum
repräsentat. Ut plurimum memoriam habent labilem, dum ob spiritu
pauciores & crassiores vestigia non satis altè cerebro imprimitur,
vel licet imprimerentur, tamen propter cerebrum ad-
modum humidum & tenerum vestigia eò facilius etiam iterum ob-
literantur. Ab utero apertam facile, sed ad strictam difficultus farunt, quo-
niam viscera abdominis per se jam sunt pinguedine oppleta, & dia-
phragmati ègrè cedunt: quod si per excrementa in intestinis colle-

812

Ea adhuc magis distendantur, non mirum est, quando tuac obesi an-
xietatibus cordis, aliisq; exinde oriundis symptomatis corruptiantur;
imprimis cum exinde motus sanguinis admodum augeatur
in vasis langviferis ipsorum angustioribus, & gravitatem artuum,
sudores nimios, dolores capitis tensivos, metumque apoplexia,
aut haemorrhagiarum ex effluvarum inducat: unde quoque manifeste
& spirituosis copiose assumptis leduniur. Præterea polypus cordis obno-
xi sunt, quod non adeo raro accidens & saepius observari nota.
C. Waldschmidius Opp. p. 591. Scilicet antea jam audivimus, sanguinem
obforum multis particulis chylosis refertum esse, quæ sane præ
omnibus aliis sunt aptæ ad constitutendum polypum, dum altera al-
teri ob glutinositatem facilime adhaerent & invicem concrecent.
Hinc notari meretur, quod celeb. *Bartolinus Anat. Reform. p. 25.*
refert: *frustula pinguedinis non sem: l. in vasis cordis se enata vidiss.* quæ
polypum imitata fuerint. Facili tentantur febribus catarrhalibus, quod
in pluribus infantibus observavit *Theopb. Bonetus sepulcralis p. 1479,*
quia nimurum ob sanguinem glutinosum variae obstrunctiones produ-
cuntur, ut hinc etiam non raro in cachexiam incident incurabilem, do-
cente id *Hipp. Opp. S. III. de intern. affection. p. m. 105.* *Ischuriā* inter-
dum laborant, nonnisi ex compressione vasorum emulgentium &
canaliculorum renalium à pinguedine, quæ secretio urinæ impedi-
tur: vid. *Malpighius Opp. Tom. II. p. 242.*

§. 26.

Ordinariè quidem excessivæ obesi tales nil minus sunt, quam
anxiæ de corporis sui gravitate, dum sibi imaginantur, sanissimam
hanc esse corporum constitutionem, nec hinc periculum vitæ sub-
esse, vel quod persuadentur, non posse Medicum huic ipsorum pe-
riculo & molestiæ mederi. Sed quam periculosa hæc sit securitas,
mox mox videbimus. Si accidat, ut affligantur morbo, qui aliis
haud adeo multum negotii facessit & levis æstimatur, ipsis lethalis
esse potest. Præ nimia quippe membrorum gravitate nec se ipsose
lacerare in latus volvere, & situ mutare possunt, nec id ab adstantibus
sine ægri doloribus ut plurimum fieri potest: hinc tubuli musculo-
rum & vasorum subcutaneorum comprimitur, ut sanguis &
spiritus liberè circulari nequeant, sunt obstrunctiones, inflammazioni-

(33)

tones & ulceræ sordidissima in rauisculis dorſi & glutinis natuum,
qvæ durante ægrilassitudine non adeò facilis curationis esse ſolent.
Et licet aliquibus id non contingat, qvantas nihilominus experiri
ſoleant anxieties cordis, eidein ſemper incubentes laferi vel
dorſo, optimè norunt illi, qui hujusmodi ægros viſitarunt. Idem
ſereniſſimus Princeps Fridericus, gl. mem. ſuprā jam memoratus
nobis testimonii instar tragicō ſuo exemplō effe potest, cui nimia
corpulentia & ſuperveniens morbus miſerimmas querelas, ſum-
masque & incredibiles anxieties extorferant, qvas nemo adſtan-
tium ſine commiſeratione & lachrymis audire poterat. Hæc omnia
tamen minoribus obefitatis periculis adſcribenda ſunt, dummodo
ægri emerget. Nec ignoro, ſententiam hanc militare ē diametro
contra vulgi opinionem, qvi pro certiſſimo habet, obefum morbos
imprimis chronicos, ut febres, &c. diutius ſinē moleſtiā ferre poſſe,
qvam macilentum, cum nemp̄, licet appetitus ſit proſtratus, nul-
lus cibus aſſumatur, nec hinc chylus novus in deperditorum locum
ſuccedere poſſit, nihilominus neceſſarium nutrimentum partium
noa deficiat, dum illud ex ipſâ pinguedine proprii corporis ſubmi-
niftretur. Enim verò, ut plerasqve alias, ita ne hanc vulgi opi-
nionem præjudicio carere ceriſſimum eft. Nam magna eſt onni-
um morborum diſſerentia qvoad cauſas, & ſi accidat, ut affician-
tur obesi à morbo ab acri oriundo, vix ullā ſalutis ſpes ſupereſt,
niſi maturè ſuccurratur. Si enim ſanguis eſt aſcer, & ſupervenit
æſtus, in pinguedinis globulos acre cum particulis ſerosis deponi-
tur, qvod rodeno ramofarum particularum nexum ſolvit, &
eas liqvefactas ſecum per ductus adipofos ad ſanguinem vehit, quo
ipſo pinguedo per omnes fermè vias parulas excernitur, urina &
excrementa pingua ſunt, ſudores colliquati, ex hiſ animi deliquia
propter defectum ſpirituū, & qvia tam ſubitas mutationes corpus
ferre nequivit, juxta Hipp. Apb. ſl. ſ. II. brevi mors agmen miſeriarum
claudit. Nec minuſ diſtinguendum eſt inter obefos natuſā, ſive à
prima nativitate, & delicateſore otioſaque vitâ tales. Priores enim
adhuſ minus hanc mutationem & pinguedinis conſumptionem per-
ferre poſterunt, ac posteriores, qvibus vala ſanguifera non in tan-
cum deliteſcunt, dum maſjora ſunt; nechinc evaporatio & transpi-

ratio insensibilis tam subito ac sine mutationis spe impeditur, ac in
 prioribus. Hinc Hipp. S. II. Apb. 44. ait; *Qui naturā valde sunt crassi,*
celerius moriuntur, quam gracieles; & ad ea J. Heurnius: *cirius affici-*
unur, trifius agrotant, & difficilis curantur gracilibus. Et omni-
 nō se res etiam habet cum obesis lautiōri vitā talibus, de quibus fa-
 cile intelligitur, cum habeant eandem corporis constitutionem
 molestam praesentem, iisdem etiam fermē periculis obnoxios esse,
 licet quoad spem curationis aliquo modo differant. Dum enim
 paucum sanguinem illi in vasis angustioribus obtinent, non eadem
 in Chirurgicis remedia cum ipsis tentari possunt: adeò præterea
 talis constitutio partium & recipientium & emittentium, ut, quod
 in aliis longo demum tempore recolligitur, in his, licet vel optimè
 curati essent, statim denudū restituitur. Hinc etiam adeò vile
 solarium tam veteres, quam Neoterici Practici eis attribuunt, ut
 de eorum restitutionis possibilitate multi planè dubitent. Rod. &
 Castro de morib. mulier. Lib. III. p. 233. *naturalem ferè curarionem posse*
 asserit, sed tantum asseritiam: & Hier. Mercurialis Lib. de decorato.
 p. 29. *obesiam naturalem planè incurabilem esse* dicit. Utrique in-
 terim in summo versantur periculo, & citissime possunt suffocari, si
 vel forte fortuna ipsos dorso incubentes incubus arripiat, levissi-
 mus hicce alii affectus illis ferè semper lethalis erit, cum requisita
 curationem, conversionem scilicet in alterutrum latus, licet
 adhuc ante mortem evigilaverint, propter molem corporis arripare
 non valent. Meliorem comparationem facere non possum, quam
 quæ jam instituta est à Theod. Kerckringio: nempe similes sunt can-
 delæ a denti, quæ præ affluxu nimis pinguedinis extinguitur. Ob-
 eandem hanc causam à chordæ tormento immunes habentur, quod
 scilicet per violentum hunc actum facile suffocatione perire possint,
 vid. Zuchias Q. de Med. legal. Lib. VI. Tit. 2. Ques. IV. p. 531. Nec
 exempla deficitur in observationibus iubito pinguedine suffocato-
 rum. Jo. Schenckius in Obs. Med. de suffoc. p 237. refert ex Eliano
 Var. Hist. Lib. VIII. Dionysium Heracotem, Clearibi F. o. estitate ni-
 mia periisse: Paulò post ex Iorio invita Galeottis: erat Galeottus usq[ue]
 adeò tumentis ab domine, ut cum sub vase obesi corporis pondere vel pra-
 grandia jumenta fatiscerent, rbedā curari neheretur: ad demum senex

ad

(35)

Ad montem Annianum circa Arese, arvinâ suffocatus interiret. De co-
mite quodam ex obesitate summâ difficultate respirandi correpto
pluribus legi potest Vit. Trincavellius Confil. Med. Coni. Cl. Marc.
Malpighius Opp. Tome II. p. 240. obesos obscurato vel obliteratio pulsu
absque febre suffocatos interisse obseruavit. Verbi divini ministrum
nimia pinguedine suffocatum recensent Eph. Germ. N.C. Dec. I. An.
2, Ob. 87. p. 101. *Sed hæc non sunt sola, quæ ægris nostris metuen-*
da veniunt. Obnoxii quippe sunt paralysi & apoplexiæ, dum in
vasis angustioribus sanguiferis magna chyli glutinosi copia conti-
neatur, quæ accedente æstu corporis facillime in minimis arteria-
rum carotidum ramusculis & plexu choroidæ eructatur, quo
producuntur obstructiones, ut vel fiat paralyssi, vel apoplexia.

§. 27.

Non parvum incommodum occurrit circa generationis ne-
gotium. Nec enim commodè, si ea sit obesitas in vitro, potest fi-
eri membrorum applicatio; nec seminis receptio & spiritus ejusdem
penetratio, si foemina affecta fuerit: hiac est, quod ordinariè
ferè vel steriles sint, aut saltim paucos liberos procreant: eapro-
pter benè notandus est Hipp. Aph. S. V. aph. 46, dicens: *quacunque*
(mulieres) *immodicè irasse concipere nequeunt, iis enim levior uterios*
comprimit, & priusquam extenuentur, non concipiunt. Imprimis
Scytharum uxoribus os uteri præ pinguedine occludi, notavit
Hippocrates. Et licet vel optimè conciperent tales foeminae, nihilo
minus summum vitæ periculum in partu incurruunt, dum ob canalis
angustiam, quam pinguedo inducit, difficile fœtum excludere
possunt, vasa pectoris angusta aut obstruta habent & propterea
difficile spirant, quemadmodum asthmaticæ, sicque diu compres-
sum anhelitum continere non valent, cujus tamen rei ad perficien-
dum partum summa necessitas accedit, optimam talem prognosin
mulieribus obesis ponente Vido Vido Lib. XI. de Curat. membrat. p.
870. Exemplum ejusmodi potest legi in Eph. Germ. N. C. Dec. II. An.
7, Ob. 35. p. 70.

§. 28.

Ex his satis videmus, obesitatem nimiam esse affectum non
parvi momenti, quin potius à multis Practicis nisi planè proincu-
rabilis

E 2

rabilis, ad minimum difficilissima curationis habitus sit, ut hinc etiam Zabrias in Quest. Med. legal. Lib. III. Tit. I. Quest. 6. p. 278. in hæc verba erumpat: difficilissimum est & fortasse impossibile arti Medicæ hoc vitium emendare, licet namque quam plurima apponantur medicamenta, que obesa corpora extenuare possunt, & superexcadentem pinguedinem minuere, etiamen operatio periculi plena est, & vix unquam cœpato fine in ea exequenda Medici potuuntur. Huic Zabrie effato omnino sita veritas attribuenda est, si intelligat naturaliter sic dictos obesos, minimè verò de ascititia obesitate idem concedendum est, ob rationem præc. & allegatam, nec quidem de naturali in totum. Qvis enim unquam omnia tam Veterum, quam Neoterorum Practicorum observationes de curatâ obesitate nimia vel in dubium vicearet, vel de ascititia tantum intelligeret? Si qvis autem probationem per exempla postulet, audeat inter veteres Galinum Opp. suorum S. II. de sanit. tuend. Lib: VI. cap. 8. ubi se juvenem pingueum parvo tempore ad mediocritatem reduxisse ait. Nicomachio Smyrnæo ad tantam molem corpus increvile, ut loco moveri non posuerit, sed nihilominus ab Æsculapio curatum esse, refert Idem L. b. de different. morbor. S. III. c. 9. Hier. Mercurialis de decorar. se cognovisse, ait, nobilissimum Medicum, Lucensem Bertholinum vocatum, qui singulis annis ad thermas Lucentes accedebat, ut deponebat pinguedinem, & sibi felicissime successisse. Instar omnium est potest propria experientia Magni, Dn. Präfidis, qui cum adhuc Serenissimo Martisburgensi, gl. mem. à consiliis Medicis esset, inaudita ferè obesitatem felicissime curavit, quem casum integrum ab Excellentia Ejus benigne mihi communicatum melioris explicatio gratia adnecit: *Vir quidam reverendus rante erat obesitatis, ut se vestibus, nec induere, nec capillos pedine colligere, nec versus terram se convertere posset, ut atiquid inde elevares, sed planè ad hoc & plura alia ineptus eam pingue gerebat abdomen, ut cum ex astate ejus superficie & relitti vestigiis excessive collecta pinguedo abunde appareret. His autem omnibus insignis aderat edendi appetitus, ut non tantum jentaculum peteret, sed prandio & cana largiori venitriculum latrante quotidie sedaret. Vix autem sedatus illuc somno sopiebatur, & per horam inò plures dormiebat. Facie erat cœ-*

(37)

teroquin floridā, sed mētum ob copiosam per totum corpus extensam pinguedinem tam largā manū deductūm erat, ut inde collare, quo sae*c*erdotes ornamenti loco uruntur, ad dimidium ferè obtigeretur. Lora quela autem ipsius super difficilis erat, non ex viuo natura, sed pinguedinis, ut cum articulatè loqui vellet, quod quidem promptè efficeret, ad voluntatem linguam movendi ipsi non levis labor esset. Pece sebat remedia, & post eadem adhibita liberatus à copiosa pinguedine ultra ulne longioris dimidium emaciatus alacritatem insignem obtinebat, ut omnes actiones iam sponte ageret, ad quas obesendas aliorum auxilio ante*m*ea indigebat, & Janus postea per multos annos vixit, & adhuc una prole numerum auxit, quod in obesitate ipsi prohibitum erat. Plura alia Neotericorum in curatione mox inlequenti tradentur.

S. 29.

Indicationes igitur curativæ sunt: ut collecta jam nimia copia pinguedo immittatur & extra corpus eliminetur, & (2.) novæ pinguedinis collectio præcaveatur.

S. 30.

Prima indicatio: collectam pinguedinem imminuere, magnam à Medico prudentiam requirit, ne dum acribus pinguis articulare & extra corpus fluere facit, loco evacuationis sperata totalem mastæ sanguineæ acrimoniā inducat, & inde eveniat id, quod dicitur colliquatio totius, ubi omnis etiam nutritioni necessarius chylus simul excernitur, & corpori tabes universalis inducitur, sicq; posterius malum pejus reddatur priori. Hanc puto fuisse ratione*n*ei, quæ multis Practicis persuasit, ut in hoc affectu p' anè abstinerent à medicamentis, eumq; pro incurabili venditarent: nullum interim est dubium, si rectè procedatur, & hic speratum Medicinæ finem acquiri posse. Ante omnem autem remediorum aliorum applicatiōnem dicta præscribenda est, ut & medicamenta meliorem effectum nanciscantur. Aer, si fieri potest & in quantum ægri comodi, aut sine insigniori molestia ferre possunt, semper eligatur calidus, quo motus sanguinis augatur, & transpiraciones promoveantur, quibus quanta fieri possit excretio, quotidie experimur, & satis probavit Sand. Sandorius in Medic. Statice, & ante ipsum Hippocrates. In cibo & potu autem semper ferre tales ægri peccare solent.

dum vel plus a quo stomachi pene rata repent,
 vel peccant in qualitate cibi & potus, ut non nisi ēxvμ OS cibos & ex-
 quisitissima potuientia assumant, qvæ secundum antedicta non possunt
 non nutritionem plus debito augere, hinc magnâ cautione ipsis in hoc
 proficiendum est. Quantitatē alimentorum imminutam nutritionē
 minuere, non est, cur dubitemus, cū id experientia quotidie tam in ho-
 minibus, qvā in brutis confirmet. Sed vix ullū reperies obesum, qvi ob
 maximū appetitus vigorem mediocri quantitate contentus esse possit,
 qvin potius si ad id cogatur, qvā pessimē se habere incipiat, pari ratio-
 ne, ac milites in castris, qvi nonnunqvā inopiam alimentorū per integras
 hebdomadas esurire coguntur, ut etiam plures tunc perceant fame, qvā
 enī, imprimis cum ipsis ingluvies in omnia rerum abundantia tem-
 pore hibernaculorum familiaris in alteram qvafsi naturam degene-
 rare. Sed, ut famem, ita & abundantiam milites a grē ferunt, si
 scilicet post præcedancam alimentorum inopiam per advectionem
 ipsis facultas detur pro lubitu ventriculos suos, tanquam continuo
 latrantes canes, sedandi, deniq plures (habitā scilicet proportione)
 morientur pane, acanteā perierant fame. Ventriculus enim anteā
 coarctatus & corrugatus distenditur, sicutque non tantum liberum
 diaphragmatis, sed & sanguinis motum, ob vasta sanguifera com-
 presla, impedit & mortem accelerat. Qvod malum ut avertatur,
 non unicā vice famem omnēm sedare ipsis concedendum, sed ex
 minimā alimentorum portione indiesad majorem ascendendum est,
 licet adhuc maximus comedendi appetitus adfuerit, juxta Hipp. mo-
 nitum: non satiari cibis, sanitatis studium est. Eadem ratio est cum
 obesis, quantitatē nimiam ciborum ipsis subducere omnino max-
 imè proficuum est, interim non ab uno extremo statim ad alterum
 est saltandum, qvin potius parva admodum quantitas de-
 trahenda sit, donec ipsis mediocritati assueti fiant, i.e. donec fibræ
 ventriculi anteā relaxatae sensim & sensim iterum contrahantur, &
 mediocrem ciborum quantitatē comprimere & continere queant.

S. 31.

Si vero appetitus tantus adfit, ut sine insigni & ferè insupe-
 rabili molestia imminutio ciborum tentari nequeat, qværitur: an
 non medicamenta appetitum minuentia porrigenda sint? Qvod nun-

nunquam permittendum. Fermentum enim ventriculi nervatur, activitas ejus obtunditur & diffingitur, spiritusque illud actuantes supprimuntur, ut exinde nonnisi cruditates oriri & malus chylus preparari possit, qui ad maslam sanguineam delatus eandem suā qualitate inficit, unde teste quoque *Hippocrate* cachexia, hydrops, variarumque febrium caterva oriuntur. Ut igitur simul & partibus paucis apponantur, & ventriculus pro sedanda fame repleteur, concedi quidem potest sufficiens cibi & potus quantitas, sed quā minus nutritius sit, ut ita tam esuriei impatiens, quam indicationi curativae satisfiat. Quanquam detractio ciborum ratione quantitatis sit praeferenda.

§. 32.

Cibi interim condendi sunt aromatibus blandis, quae dum gaudent sale volatili, incidendo & aperiendo egregie in obesitate conferunt, hinc cibi cinamom. caryoph. Zingib. & similibus conditi porriganuntur, & juscula sint diuretica, incidentia, ex petroselino, aspar. apio, dauc. foenic. serpill. item nastrum. & erucā. Nec minus acida profundunt, ut succus citri, acetum & similia. Potus autem sit tenuis, pauci nutrienti, cerevisia secundaria, non Gustroviensis Kniesenack, nec Rostochiensium oleum, aut similia bonae notae potulenta. Vinum subinde concedi potest, praeter id enim, quod famem solvit, juxta *Hipp. Aph. XXI. s. II.* etiam obesitati medetur, imprimis si ad acidum inclinet, ut vinum Gallicum & Hungaricum.

§. 33.

Motus corporis, quantum fieri potest, semper quieti praeferendus est. Hoc enim non solum copiosa succi nutritii secretio & apposita inhibetur, sed etiam, qui jam appositus, in motum deducitur, & per transpirations evacuatur. Imprimis vero equitatio crebra convenit, quā motus humorum per vasa excretoria ventris inferioris stimulatur & transpiratio adjuvatur. Eandem rationem habent vigilia, quae semper prae nimio somno eligenda sunt, attamen modum non excedentes, ne scilicet iisdem acrimonia nimia sanguini & spiritibus inducatur, & defectus spirituum promovatur: saltim somnus sit brevior. Laborem improbum enim non quiete-

quietem corpora emaciare, Hippocratis effatum verissimum est. Nec excernenda sunt retinenda, sed justo tempore deponenda, & quod adhuc melius, uti in sequentibus pluribus audiemus, alius temper aperta servetur. Veneris usus pariter non interdicendus, quo mirum in modum corpora emaciari videmus, dum particulae sanguinis spirituose & chylose per eundem excernuntur, sicutque per earum defectum pinguedinis collectio & appositiio præcavetur, sed ne modum excedat,

S. 34.

Ex fonte Chirurgico primum venælectio consideranda occurrit. Non improbabile videtur, quando hominem crebris hæmorrhagiis affectum emaciari videmus, eadem sanguinis profusiva manu chirurgi procurata eundem etiam effectum, pinguedinis scilicet immunitionem, noctura esse, imprimis cum ex antedictis pateat, illud, quod partibus debet apponi, omne in sanguine quadratum esse, sicutque ad minimum novæ appositionis inhibitio fiat: quibus & omnino sua veritas deneganda non est, interim tamen respectus habendus ad varietatem obesitatis nimia. Ordinariè quippe naturaliter pingues vasa sanguifera angustiora obtinent, quæ profundè sub pinguedine latent, ab eadem comprimuntur, & paucum sanguinem continent. Præterea proni sunt ob defectum virium & imminentem suffocationem ad syncopen, nec idcirco qualiacunque remedia fortiora tolerant obesa corpora, noctante id Rod. à Castro hinc nec temere missiones sanguinis in iis tentandas esse constat. Evacuato enim eorum sanguine, vasa adhuc magis coarctantur, sicut obstrunctiones, ex quibus agmina morborum generantur. Hinc periculosam esse in obesis sanguinis missionem, Hieron. Mercurialis de decorat. p. 29. notat, ubi de naturaliter talibus loquitur. Nec quidem in ascititia obesitate indifferenter sanguis emitendus est, & optimè prius tentandi sunt ægri, an sanguis in ipsis abundet, sed ut cautè procedatur, reiteranda potius lèpisissime venælectio, ut semper prius experiri liceat, an proficia ægro, & in quantum eam perferre possit, ne dum unicâ vice nimia copia emititur, spirituum deperditio nimia fiat, respiratio sine hoc jam difficilis adhuc difficilior reddatur & æger suffocetur: hinc est, quod hæmor.

(41)

hæmorrhagiam sanguinis obelis adeo periculosam duobus exemplis
prober. Jo. Langius Epis. & Medicinal. Lib. I. Ep. XL. Sufficiat igitur, si ab
uncius iij ad iiii unicā Vice mittatur, & reiteretur, si id cum iuφoeis aegri
factum esse animadverterimus. Delectus quoque venarum in tan-
tum concedendus, ut majores rami eligantur, usdemque magnum
vulnus oblique lanceola instigatur, quo glutinosus & crassus san-
guis melius effluere & latera diutius a premente pinguedine aper-
ta & diducta servari queant. Difficillimè enim alias instituitur in
obesis venæscitio, quod vulnus statim iterum pinguedine claudi-
tur & sanguis paucus nonnisi guttam effluit, hinc requiritur, ut
cuspis lanceola sit latior, ac quidem ordinariè formari solet. De
arteriotomiâ, utpote quæ in obesis terè institui nequit, præterea-
que periculoia est, & de cucurbitulis, quæ nimis laboriosam ap-
plicationem requirunt, & insufficienrem nec desideratum effectum
hic habent, non opus est ut multum differatur.

§. 35.

Occurrunt passim apud veteres observatores curationes obe-
forum per detractionem adipis operâ Chirurgi institutam, ut hinc
merito suo inquirendum sit, anne tutò ejusmodi operatio, quæ pri-
mo statim intuitu horrenda satis videtur, institui queat? Plinius
Lib. XI. c. 37. p. 811. meminit: *L. Apronii, consularis viri filio detractos
adipes, levatumque corpus immobilionere. Etmulleru Dissertationibus
suis Academicis p. 245. ex Anon Chir- und Fürl. Heldenstaal sequen-
tem interit historiam: Dodo VII. der Freiste &c. als er mit Kaiser Henr-
ichen dem VI. nach Italien zu dessen Hochzeit reysete und ihm unterwegen
das Schmehr so ihn beschwert, schneiden ließe, ist er bald darauf Anno
Christi 1190. gestorben. Sit huic ultima relationi sua fides, cum ope-
ratio, quæ fine dubio nec citò, nec tutò nec iucundè processit, men-
tem meam potius firmet, quam infirmet, dum infelicissimum suc-
cessum habuit. Priori econtrà omnis planè veritas deneganda vi-
detur. Pinguedinem omnem totum corpus cingentem excinde-
re velle, unquam alicui in mentem venisse, nemini quidem af-
tingam, interim ad minimum illam intelligi detractam fulle, quæ
tantam in abdomen protuberantium, & ob id potiorem molestiam
causatur, probabile est. Sed quis quæso hanc excindet, nisi pri-*

F

us

us cutem omnem à pinguedine separat, vel licet hoc non faciat,
& aliquid curi adhaerere linat, ad minimum omnes arteriarum, ve-
narum, nervorum, vasorumque lymphaticorum ramusculos, qui
conjunctionem, teste *Malpighio*, cutem constituant, lacerat & discon-
dit, utpote sine quorum disruptione pinguedinem avellere velle
ab incubente cute & substratis musculis, ne dicam laboriosissi-
mum, ridiculum foret. Exinde insignes primo hæmorrhagiae,
dum sanguinis impetus vehemens adeit propter dolorem patientis,
deinde omnis affluxus sanguinis per arterias alias in cutem perfici-
endus deficit, quia concipi nequit, quomodo arteriolæ & vena de-
nuo in cutem inoscularentur, inde necessariò & deficit cutis nutri-
tio, quæ brevi corruptetur & decideret. Jam opponere hic mihi
Chirurgos prævideo, qui cogente necessitate è vulneribus inte-
gra frustula pinguedinis sub cute eximunt, & nihilominus cutis
terum adnalcitur musculis. Verum sciendum est, magnam hic
occurrere rationis disparitatem. Nam quando pars quædam cutis
separatur parva, omnino res procedit, non quod imposito empla-
stro vasa omnia denuo inosculentur cuti, sed quod ab aliis arteriæ
ramis lateralibus huic minori cutis parti nutritio communicetur
exemplum pono in abdomine, ibi licet unus ramulus arteria vel
duo discindantur, tamen affluxus sanguinis per ejusdem arteriæ
alios laterales ramulos procedere potest. Hoc sapientius confirmat ex-
periencia, quando ense, aut alio calu discinditur vas sanguiferum, e-
g. in humero, cuius ramuli exteiiores alias prospicerant manu, non
ideò manus corruptitur ex defectu nutrimenti, sed ab aliis di-
varicationibus lateralibus ejus rami illud recipit. Hinc quando
Paul. Barbette Chirurg. p. 365, asserit pinguedinem, quoties in cura-
tione affectus alicuius externi impedimentum aliquod afferit, sine dolo-
re, aut incommodo ullo reflectari posse, & ad ea verba Exc. Jo. Mays
se illud sapientius in praxin deduxisse affirmat, non de tantâ pinguedi-
nis mole intelligendum est, sed tantum parte quadam minore,
ut in ulcere, vulnera & fractura similibusque. Sic memini, factum
esse, ut, cum ante annos aliquot Amstelodami morarer, ense late
vulneratum tuistis studiolum quendam Livonum infra umbilicum,
ut omenti pars ex vulnera ampio cum pinguedine prominaret,

quæda

quam Chirurgi, cum jam ab aere corrupti incepissent, resecabant fine omni periculo, quippe qui adhucdum, quantum scio, sine omni incommodo vivit.

Alia adhuc est encheiresis Chirurgica, quam corporis superficies acutissimis acubus transluitur, ut sic pinguedo transiudet. Consilium, quod sanè primo intuitu vulgo satis probabile apparebit, quippe qui nullam aliam ob rationem pinguedinem in tantâ copia inter cutem & musculos colligi sibi persuaderet, quam quod cutis nimis arcta & spissa cum retineat, ex quo optimè quidem sequi videatur: si cutis profodiatur, liberum jam exitum habere axungiam, & obesitatem viâ brevissimâ imminuit. Quod omnino ita etiam se haberet, nisi longè gravius periculum exinde necessarium emergeret. Nil dicam de dolore ex transfoſsa cute oriundo: quis quæſo acubus foraminula in eadem efficiet, nisi & lœdat poros, i.e. valcula curis extorta, quibus lœſis & adstantes glandulæ militares lœdentur, ex quibus obſtructiones, tumores, inflammationes & ulcera pessima orientur. Quod assertum quotidie tumores ex levissimo attacitu curis per instrumenta acutiora probant. Hinc pro fabulâ potius, quam ver historiâ habendum videtur, quod *Elianuſ Lib. IX. de variâ historiâ* refert: *Dionyſium Eracleotem, Clearchi filium, usque adeo obſum fuisse, ut vix respire posset, & consilio Medicorum conſuevisse acutissimis acubus curare, ut dum dormiret, fibilitera & carnes profoderentur usque ad sensum, quo sit pinguedo consumereetur.* Ex his insinuul patet, quantum valeant cauteria actualia & potentialia, quæ enormes & insanabiles affectus producere valerent, licet certissime hisce medis omnis pinguedo tolli posset. Aliam hinc Scythas mulieres prudentiam in exurendis membris pro curatione adhibere sci-
visse credendum, cuius rei *Hippocrates* mentionem facit, quam quæ quidem in nostris oris applicari potest. Nisi multio eaintelligenda sit de fonticulis, quos pariter & potentiali & actuali cauterio effici notum est, (quod vero vix credibile) qui adhuc aliquam curatio-
nis spem promittunt, dum chylus in pus conversus continuo magna satis copia ex vulnera aperto effluit, & ad minimum illud membrum emaciari videmus, cui fonticulus surnitur. Quam obi-

confusam etiam illis , qvibus opera & dolorosa hæc opératio non
di plicet , varii in corporis partibus iidem concedi possunt. Et
luader illos ipse Jo. Jac. Waldschmidt Opp. p. 590.

S. 37.

Ex fonte pharmaceutico varia nobis suppeditantur. Imprimitur
conveniunt salia fixa convenienti dosi exhibita, qualia sunt sal
artemis. card. bened. fabar. centaur. min. majoran. cheref. fenic.
salv. & similia. Hæc acutis & rigidis suis angulositatibus chylo
novo permixta ejusdem particulas ita disjunctas servant, ut vel
pauciores per colatoria nutritioni inservientia transfcant , vel salia
intimius mixta saltim simul ad partes protrudantur, ubi rodendo non
solum disjungunt ramofarum particularum sive pinguidinis nexum
& in fluorem redigunt, sed etiam novas accedentes particulas nutri-
tias rigiditate luâ impediunt, qvō minus partibus agglutinari , pin-
guedinemq; augere possint, qvo facto facilè tamper sudores & per-
tussum, qvam etiam per diuretin & per alvum evacuari possunt. Hæc
methodus per salia evacuandi pinguedinem pluribus celeberrimus
Medicis placuit & bonum successum largitæ est, Galenus Opp. S. II. de
sanitate iuend. L. VI. c. 8. & meth. medend. L. XIV. sol. 9. integrum histori-
am inserit de juvenc. 40. annorum, qvem feliciter priori constitutio-
ni restituit primariò per salem suum theriacum ex sale viper. & theri-
acâ constantem , qvem ibidem magnopere commendat, ob eandem
rationem , qvod scilicet incidat pinguedinem , & propter theri-
acam per diaphoresin excernat. Rod. à Castro de morb. mulier. multis
nominibus salia hæc deprædicat. Hippocrates ipse Opp. S. IV. de sa-
lubr. vñtr. rat. p. 4. corporalensis & humidisribus infusa salsa magis &
tenuia conuenire dicit. Specificum in obesitate alias habetur tal fixum
absinthii , in cuius naturam , an præ aliis salibus per incineratio-
nem paratis , prærogativam habeat, jam non inquiramus, licet mul-
tis peculiare qvid adhuc continere , & nitrofum amaricans esse vi-
deatur, præcipue vero Bapte Cadronchio in Tr. peculiari de sale ab-
sinth. edito Frascof. 1610. siquidem inquit : qui nimis obesi & corpo-
lenti sunt , necesse est , eximiā eorum humidatum absumere & sic
care, fndorom ac surinam cire, easaque obstruenda fine adstricta refera-

769

(48)

ce, que omnia, quamvis multa medicamenta officere possint, tutius pa-
men ac jucundius sal absinthii per aliquot bedomadas, cum conpe-
niantis virtus ratione, præstabit. Qvicquid sit, si nil peculiare huic
fali insit, ad minimum cædem virtute, quæ reliqua fala fixa, gau-
det, licet figuram triangularem, vel quadrangularem, juxta Leu-
wenbaek, Epist. P.I.p.122. vel aliam quamcumque obtineat, sufficit,
quod ut corpus rigidum angulositatibus suis operari possit, quod in
suo obeso expertus est Magnificus Dominus Præses. Interim & alia
fala fixa, & que in usum vocari, queunt, nec minus fala volatilia parcè
adhibita, ut potè quæ eadem vi in pinguedinem agunt, licet minus
constanter, & diaphoresin augent. Hinc nec infusions & deco-
& lignorum sunt intermittenda, quæ propter partes suas constan-
tes egregiè convenient, & sudores tutissime movent, quibus
semper aliquid pinguedinis simul abripitur. Convenient & omnia
alia, quæ per infusionem sal volatile elici patiuntur, ut infusio her-
bae thee, & imprimis fabarum caffè, quæ non tantum diluit chy-
lum, sed & per poros corporis & urinam pinguedinem educit.

§. 38.

Post fala alcalia, lixiviosa, fixa & fala volatilia etiam acida in usum
venire possunt, quæ magni hic æstimantur à multis, ut etiam spiritus
corrosivos salis, nitri & vitrioli cum similibus adhibeant. Ve-
rum nemini unquam autor ero, ut talia adhibeat. Si enim in nimis
paucâ quantitate propinentur, nullius efficacie erunt, si vero magnâ
dosi exhibeantur, metuendum est, ne in ipsas partes solidas suam
causticam vim exerant, easque lœdant. Et licet hæ intæcæ fortal-
se relinquerentur, nihilominus ad massam sanguineam delata ean-
dem in utroque suo motu turbant, unde cachecticæ obstrunctiones,
carumque consequentia oriuntur: cuius rei exemplum nobis sub-
ministrant Epib. Germ. N. C. Dec. II. An. IX. Obs. 219, p. 401. Eo ipso
tamen non omnia acida fugienda, potius lenia præscribenda sunt
quæ non sine levamine adhibebuntur, qualia jam præcripta sunt in
diæta. Simplicissimo acetum multos esse restitutos passim obserua-
tiones probant. Curam obesi per acetum reperies in iisdem Ephem. Dec.
III. An. I. Obs. XXVII. p. 50. Citri succum valde commendat Dolans in
Encyclop. Chirurg. rat. Sed & hic attendendum, ne nimia copia usur-
petur

F

(46.)

petur, dum aceto ordinario multo fortior est. *Sirada I. de Bello Belgico* 8. mentionem facit viri, qui usu continuo aceti 87. librarum pondo decrevit. Ipse Magnificus Dominus Praeses aquam prophylact. Sylv. cum insigni succetu obeso suo propinavit, idque eo felicius, cum multa sialia volatilia admitta sint. Nec hinc acidularum usus spernendus est, ut omnes reliqua aqua chalybeatæ, quæ tubulos corporis aperiunt, obstructiones egregie resolvunt, & materiam peccantem ad excretionem aptam reddunt. De Hispanensibus mulieribus *Rod. à Castro de morb. mulier.* L. III. p. 233. scribit, contra obesitatem deformem eas uic cibo ex pane & posca, quem vocent *gazpacho;* & Lusitanas pulchritudinis studioſas usurpare limones cum sale, ut cibo valde extenuante.

§. 39.

Quando jam per blanda acida & alia sialia pinguedo incisa & liquata est, subinde quoque exhiberi possunt alvum stimulantia & primas vias detergentia, quibus vasa in intestinis stimulantur ad frequentiorem humorum depositionem, quæ sècè multum pinguedinis simul austertur, quod ex *Eph. Gerne. N. C. Dec. II. An. VII. Obs. 183. p. 346.* videre est. Talia sunt aloëtica pil francot, tartar. Schröed. Glassianæ, aloë ipsa non lota, item myrrhata, quæ vehementer detergent, hinc Elix. prop. f. a. vel in formâ liquida, vel pilulari, acutatum tartaro victriolato, vel arcano dupl. vel aliis salibus, cuius egregium effectum Magnificus Dn. Praeses in recensito casu probatum non latius prædicare potest. Præter id enim, quod stimulant, bilem optimè acuunt & augent, quæ semper ferè in obesis pauca adest. Interim tamen fortiora purgantia hic non sunt svadenda, licet omnino educant pinguedinem & citò emacent, cum partim ipsorum vis per exhibita acida energetur, partim & præcipue, quod ventriculo noceant, tormenta intestinorum producant, & majora mala supervenire possint, ut hypercatarrhsis, convulsiones, cachexia vel etiam hydrops. Nec ipsa stimulantia & detergentia sunt exhibenda, prusquam humores per medicamenta in antecedaneis præscripta ad evacuandum disposita fuerint, cum alias ob angustiam viarum & coartationem à pinguedine periculosa potius, quam proficia esse possint.

§. 40.

Sunt, qui salivationem suadent, qvia nempe observatur, corpora per copiosam hanc saliva excretionem mirum in modum emaciari, mercurii insuper particulas subtilissimas minimos corporis potosperare & eosdem reserare posse. Accedunt observationes, qvibus multos hoc remedio tali carcere molesto liberatos novimus, qvalem nobis reliquit Bartolinus *Act. Haffn. An. 71. & 72. p. 144.* summae corpulentia per salivationem iteratam curatæ exemplum recensens: item que *An. eodem obs. 71.* mentionem faciens *tribuni militum bis ptyalismo mercurio dulci instituto liberati obesitate & redditæ capacis ad prioræ munias obvunda.* Et Borellus *Obs. Cent. II. Obs. II.* per ptyalismum pariter aliquem curatum esse refert, dum folia tabaci masticaverit. Sed si consideretur, qvanta naufragiæ salivantes corripiantur, facile colligi potest, qvid obesis, qvibus syncope & lassitudines familiares sunt, accidere possit, si respiratio difficultis per institutum ptyalismum mercurio dulci in ipsis augeatur, qvi non æquè promptè semper ad lubitum Medicis sedari potest, ubi interim æger suffocari posset. Uthinc non sine prognostico obesis salivationem concedendam esse putaverim. Si verò obesitas nondum ad tantum gradum ascenderit, ut ægri difficultate respirandi laborent, vel ab ipsis salivatio requiratur, poterit ea in institui præ aliis cum mercurio dulci benè præparato, vel masticatione foliorum tabaci saliva excretio promoveri: qvod & alii optimo consilio aceto scillit, ore retento & internè assuerto efficiunt. Egregie de salivatione differens legi potest *Nic. Heinicus in der Schmächtenden Venus.*

Febrem artificiale suadet *Galenus*, ex nullo alio fundamento, qvam qvod febribus ægri citissime emaciari soleant. Sed cum omnes ejusmodi febrium procurationes jamdudum ex scholis Medicorum eliminatae sint, melius erit & obesis constitutionem suam licet molestam retinere, qvam tanto periculo ipsos subjictere, cum non sit in potestate Medicis febrem lenesci, vel alium ejus gradum procurare, qvin potius semel perturbata sanguinis migratione atrocissima symptomata supervenire queant.

Externa alia per affictionem applicita, licet ob resistenti-
am pinguedinis non adeò prompte penetrant, internam tamen re-
mediorum vim juvare possunt aperiendo poros : quod faciunt
omnia valatilia, imprimis, quando iusdem corporis superficies in
loco calido tamdiu fricatur, donec sudores sequuntur, qui statim
atque proveniunt, linteo calido deterguntur, quo medio, agrum
intimus celeriter uti cogens obesitate nimia laborantem restituit
Galenus, qui consuli potest Opp. S. II. de sanitate, L. VI. c. 8.
Conveniret in tali casu aqua regia. Hungar. eau de la Reine dicta, qvæ
ob fl. rorism. admodum penetrans est. sp. Bez. Buss. sal vol. oleo. Sylv.
aq. Anhalt. ext. item foment. & inunctio decocti nucum cypres.
quod commendat Jo. Michaelis opp. P. II. p. 313.

Hæc sunt qvibus benè observatis & administratis obesitatem
nimiam curari posse putaverim. Quando nimis post præscri-
ptam diætam, varia salia sive lixiviola, sive valatilia, sive acida
fere simul exhibentur, ob faciliorum liqvationem, qvæ ab æstu
procuratur, cum intermixtis quandoque detergentibus & amaris,
quandoque diureticis, terebinthinatis, qvibus & diurelis promo-
vetur, & si spasmodici quid metuendum sit, præcavetur, quando-
que etiam diaphoreticis, magis vero valatilibus, quam terreis tan-
dem etiam iis, qvæ ex fonte Chirurgico admitti possunt.

Symptomata quod attinet, ea maximâ parte ita comparata sunt
us per eadem remedia contra obesitatem adhibita mitigentur, vel
sinè curatâ obesitate plane noncedant. Steatomata vero propriis
remediis afferenda sunt, & nisi vel inunctis spirituosis, vel ven-
tosis sic dictis sepe impositis dissipentur, radicitus manu chirurgi
cum tolliculis suis extirpanda sunt.

Supereft, ut de mulieribus obesis quædam addantur. In
antecedentibus enim monitum fuit, posse fieri, ut pinguedo ni-
mia non minus coitum, quam ipsam conceptionem impedit. Si
posterioris observetur, sane nil remediij restat, quam ut rotum
corpus

corpus per remedia recensita molesto hoc pinguedinis carcere li-
beretur, priusquam ipsis spes procreandi liberos polliceri, &
consilium aliter cum viro congregandi, propter metum partus
difficilis, dari possit, quod & Hipp. innuit O.P. S. III De superf.
p. 46, his verbis: *qua ueros pre pinguedine ad conceptum offendit ha-
bere videntur, eas quam maxime extenuato, & post reliquam cura-
tionem graciles reddito.* Nam cultro exsecare velle pinguedinem
impedientem conceptionem speculationis potius quam praeceos es-
se videtur. Altera igitur potius obesitatis nimis species, cujus ex-
terna protuberantia congressum impedit, consideranda venit,
cumque haec, tam in viris, quam feminis maximo sit impedimen-
to, merito suo & hisce miseric consilium quarendum erit, ut etiam
durante curationis tempore nihilominus invicem rem habere, &
si possibile fuerit, interea mulier concipere possit. Sed vero ab-
domen multibus in dorso jacentibus in tantum prominet, ut ma-
rito, licet non obeso, plane sit impossibile uxori tali in situ con-
stituta sua debito modo applicandi. Alius igitur situs quarendus
est, quo maritus minus impediatur. Sicque denuo nova quæstio
mibi decidenda præberet: *An coitus par derriere (uti Venette lo-
quitur) institutus sit licitus?* Hac de re egregie plane differit,
omnemque difficultatem ad emissæ videtur, modo ipsius principia
cum Neoterorum concilientur, incomparabilis *Nicolas Venette*,
dans son Traité de la génération de l' homme, ou Tableau de l'
Amour conjugal, Part. II, Chap. X. p. 238. seqq. Et sane quia nullus
situs in sacris exprimitur, qui maritatis vel concedatur, vel pro-
hibeatur, non sine ratione cum Exc. Domino Venette præsumi po-
test. Casuisticas hanc coeundi rationem ex nullo alio fundamento
improbare, quam quod vel Anatomie sint ignari, vel quod hue
usque rem aliter se habuisse persuasiunt, vel quod hic actus in ho-
minibus distinctus esse debeat ab illo brutorum. Nam per se &
reipsa nil in honesti & turpis intet. Sed quis quæsto ipsis docuit,
Adamum suam Eam aliter complexum fuisse, quin potius omni-
um reliqvorum animantium exempla, quæ ante se habuit imita-
tus fuerit? Tertia objectio per se corruit, rejecta priori, præ-
tereaque sequeretur: etiam concoctionem & chylificationem
aliter debere fieri in hominibus, quam in brutis, quod tamen non
ita obtinet. Hinc optimè laudatus Venette allegat St. Thomam q.
d. 31, in fine in expositione literali dicentem: *monuerim, aliquando*

conversionem debitis situs omnino culpa vacare, cum non capienda voluptatis gratia, sed aliqua iusta causa intercedat, scilicet ob pinguedinem viri, suffocandiique satum meum. Quid idem de mulieribus obesis intelligendum est. Nisi enim oriscium uteri & partes circumiacentes pinguedine plane occluse sint, utique spes conceptionis supereft, modo possit fieri feminis injectio, cui situs ille inversus plane non contrariatur. Car il est certain dit Mons. Venette, que l'Anatomie nous montre, que la marrise est beaucoup mieux située pour la conception, lors qu'une femme est sur ses mains & sur ses pieds, que quand elle est sur le dos. Le fond de cette partie est alors plus bas, que son orifice, & il n'y a qu'à jeter de la semence, elley coule d'elle même, & par sa propre pesanteur elle tombe, où elle doit être conservée pour la génération. Cette position est la plus naturelle & la moins voluptueuse. Allegat, insuper plures ex ipsorum Casuistarum quoque numero hanc opinionem approbantes; Cardinalem Cajetanum, Abulensem in Mathem, itemque Albertum & Paulum Eginatam, Mercuriadem, Philosophum Lucretium, &c.

§. 46.

Altera ind catio curativa est, ut novæ pinguedinis collectio præseveretur. Quæ merè fluit ex antedictis facileque efficitur solā diæta, iis tamen medicamentosâ redditâ, quæ §. 32. præscripta sunt, & quoad reliqua paulo exactiori, ne dum denou vel quantitate l. qualitate ingestorum peccetur & malum redeat, & pejus reddatur. Difficillimum omnino homini videtur quidem, diæta legibus se obstrictum tenere, quæ tamen strictissime tenenda forent, cum & bocijs religio jubeat, & posterior existentia nostra parti sit potius proficiens, anima scilicet, non corpori. Interim vero ex utroque sumus compositi, & qui nobis quoad latet summum suum bonum cum Albertenise illo Epicuro non tantum in tranquillitate anime, sed & in voluptatibus corporis querit, que quidem illius præscripta bodiedum nimis excedunt. Uti pluribus differit in lectu jucundissimo & utilissimo libro Illustris Dn. le Chevalier Temple dans l' Essai du Moxa contre la Goutte. Si igitur conterget, ut in excessu talidiæta peccetur & obesitas denou se prodat, nonnisi in prioribus commendata adhibenda sunt, antequam obesitas incrementum ceperit,

Ergo parcus erit de multis pauca capescens,
Qui non ante diem vult dulcem abrumperet vitam.

EPIMETPA:

Globulos sanguinis rubicundos omnes jam praexistere in ovo
Et sine accessione ad propriam substantiam tantum co-
piam sanguinis representare purpuream, pigmentum in-
geniosum Neotericorum est.

2.

In septo cordis frustra queritur differentia circulationis sam-
guinis in foetu, nec unquam ibi, nisi praternaturaliter,
foramen sic dictum ovale reperitur.

3.

Quidam morbi mentis etiam ad Medicum, quā Medicum
pertinent.

4.

Dāntur casus, in quibus Medicus crebrisorem usum Veneris sua-
dere potest.

5.

Olim quidem magna Britannie incola p̄ Egyptiis longioreme
vitam obtinuisse dicuntur, hodie vero nullus populus
p̄ alio quo ad hac prarogativam habere die potest.

6.

Nullus morbus per se incurabilis est.

7.

Fermentum venitriculi dari ad oculum demonstrari pot-
est.

8.

Medicinam sine Matthesi explicare impossibile est.

9.

Cartesii divisio atomorum facilis conceptu est, dum vel uni-
cum granum arena in sexcentas partes divisum visu
offerri potest.

AD AEGROS
HAPAINESSES.

L Inquit mæstitia mea, tristes in corpore morbi
Quos cruciant, spes hic namque salutis adest.
Vis CITO sanari: Fecit L. Tibi cura salutem
Et vitam sanam solicitude dabit.
Si dubiam metuis morbo redeante, salutem,
Expertus TUTO porrigit Ipse manum.
Pharmaca fastidis, simul agre tœdis morbi
Perfers? TUCUNDE sumere curæta facit.
Haud credis dictis? Ego quondam doctor & hospes
Hujus Doctoris mox Tibi testis ero.

Hisce
Tenui sed cordiali Musâ Nobilissimo
Domino Doctorando, Amico suo
intimo, applaudere voluit
LOTHARIUS ZUMBACH,
de Kœsfeld, Med. Doct.
Leydensis.

Je suis de votre état tout surpris & confus,
Mes sens sont en desordre & mes doits sont perclus:
Je vois que l'art ne peut égaler la nature,
Et que mes efforts superflus
Veulent en vain ici faire votre peinture.

Ah sciance si parfaite
Inspire dans ce cœur
Une sainte & vive ardeur
Et rens cette ame satisfaite:
Tiens la bride à ses ardans desirs.
Et que sans ressentir ni douleur, ni foiblesse
Jusques dans l' extreme vieillesse
Il prene part à tes plaisirs.

Leipsic le 16. Fevr. Par son tres-humble serviteur
1701 La Violette.

ULB Halle
005 703 786

3



Farbkarte #13



DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
**OBE SITATE
NIMIA,**
QVAM
FAVENTE GRATIA DIVINA
EX DECRETO CELEBERRIME FACULTATIS MEDICA
SUB PRESIDIO
VIRI PRÆNOMINOSISSIMI, MAGNIFICI EXCELENTISSIMI
**DN. JOHAN. ERNESTI
SCHA PERI,**
MED.D. HUJUSQ; PROFESS. PUBLICI DUC. CELEBERRI
MI, FACULTATIS MEDICÆ h. t. DECANI
MAXIME SPECTABILIS,
DN. PATRONI AC PRÆCEPTORIS
SUMME VENERANDI,
PRO GRADU DOCTORALI,
SUMMISq; IN MEDICINA HONORIBUS
AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME IMPETRANDIS
PUBLICI EXAMINIS LOCO
IN AUDITORIO MAJORI
AD DIEM XVII. MARTII ANNI M DCCCI HORIS SOLITIS
VENTILANDAM PROPONIT
ERNESTUS HENR. FECHT,
DURLACO - BADENSIS,
Rostochi, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.